Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

~~Elzevier~~
~~D.129~~
KW 224
D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

TRACTATUS

In quo agitur.

De Iaponiorum religione.

De Chriſtianæ religionis introductione in ea loca.

De ejuſdem exſtirpatione.

Adjuncta eſt de diverſa diverſarum gentium totius telluris Religione brevis informatio.

Auctore

BERNHARDO VARENIO, Med. D.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Amſtelodami,
Apud Ludovicum Elzevirium,
M D C X L I X.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Sereniſsimæ ac Potentiſsimæ
Principi

CHRISTINÆ

DEI GRATIA, *Suecorum, Gothorum ac Vandalorum Reginæ, Magni Ducatus Finnoniæ Principi, Eſthoniæ & Careliæ Duci, Dominæ Ingriæ, &c. Dominæ meæ Clementiſſimæ.*

SERENISSIMA REGINA.

EA eſt illuſtrium Virtutum, tam earum quæ mentem atque intellectum exornant, quàm quæ voluntatem & appetitum regunt, indoles, ut pulcherrimis factis atque operibus brevi tempore omnium in ſe oculos, amorem atque admirationem, etiam in remotiſſimis regionibus con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

vertant. Hoc eò magis, ſi tales contingat illo exiſtere tempore, quo pauciſſimi Virtutis iter ingrediuntur, ſed aliis ſtudiis minus decentibus plurimi occupantur. Præclarum hujus rei exemplum præbent V. Majeſtatis divinæ ingenii dotes atque virtutes, quæ tanquam præfulgentes Solis radii omnium quibus Virtus placet, oculos dudum feriunt. Inprimis autem eximia V. Majeſtatis eruditio, favorque in omnes literatos atque liberalium artium cultores omnibus jam innotuit, ita ut tota doctorum ſchola hoc nomine non ſine cauſa gaudeat atque V. Majeſtatis virtutes,

ſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ſuſpiciat, hoc præſertim tempore, quo adeo pauci repeiuntur eruditorum Mæcenates, ut verè cum Virgilio dicere poſſimus:

Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

Nôrunt jam ſatis ſuperque docti Viri, V. Majeſtatem à primis adoleſcentiæ annis magno liberalium artium amore flagrâſſe, in libris magnam dierum partem hæſiſſe ac habitâſſe, memoriam atque igneum illud ingenium exercitii limâ diligenter excoluiſſe.

Vnde fit, ut nemo glorioſiſſimi atque Invictiſſimi Patris GVSTAVI ADOLPHI p. m. fortitudinem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

prudentiam aliaſque dote, admiretur, qui non V. Majeſtatis inſignibus Virtutibus exornatum pectus prædicet atque laudibus evehat. Neque immeritò ſubditi tui ſapientiſſimum divini Platonis dictum animo ſibi proponent, qui tum demum felices fore Reſpublicas cenſuit, ſi aut Philoſophi regnarent aut qui ad Reipubl. gubernaculum ſedent, Philoſophiæ operam darent. Hæc cauſa fuit, ut cum hunc Tractatum publici juris facerem, atque pro recepta conſuetudine circumſpicerem, cujus nomini illum inſcriberem, ſtatim V. Majeſtatis amor erga literarum

ſtudia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

udia atque omnem erudi-
onem mihi occurrerit. Ita-
ue quò meam erga admi-
biles V. Majeſtatis Virtu-
s obſervantiam & reve-
entiam oſtenderem, libel-
um hunc ei dedicare volui;
Quem ut V. Majeſtas ſere-
â fronte tanquam teſtem
nimi mei recipiat, etiam at-
ue etiam rogo, & cum
occe omnia mea ſtudia of-
ero. Scribebam Amſtelod.
Cal. Auguſti. An. CIↃ IↃC
XLIX.

V. MAJESTATIS

Devotiſſimus Cultor

BERNHARD. VARENIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

INDEX CAPITUM,

Cap. I. *De Religione Iaponenſiu*
II. *De Sacerdotibus & Profeſſi*
ribus ejuſdem.
III. *De Templis eorundem.*
IV. *De diebus Feſtis.*
V. *De Chriſtianæ Relig. Introduct. pe*
Ieſuitas
VI. *De ejuſdem propagatione & incre*
mento.
VII. *De Methodo, qua uſi ſunt Ieſuitæ*
VIII. *De illis quæ Iaponii objiciebant*
vel quærebant.
IX. *De Zelo & pietate Iaponiorum.*
X. *De Cauſis adeò felicis propagationis.*
XI. *De Relig. Chriſt. crudeli Perſecut.*
& Exſtirpatione.

TRA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

TRACTATVS
DE
RELIGIONE
IN REGNIS IAPONIÆ.

CAPVT I.

De Iaponenſium Religione & Sectis.

IMperſcrutabilem ſupremi Numinis majeſtatem tum in aliis hujus Vniverſi miraculis, tum vel præcipuè in diverſorum populorum de rebus divinis diversâ opinione & cognitione perſpicere licet. Nulla enim profectò res eſt, quæ majorem ſpiret dignitatem, quàm religio, ſed & nulla, quæ plures apud varios populos varietates experiatur, nulla quæ pluribus ſit obnoxia mutationibus.

Septentrioni adverſus eſt Auſter, Oriens Occidenti, cœlum immani diſtat à terra ſpatio: ſed opinionum, quas miſeri mortales de rebus ſacris diverſas tenent, inprimis qui longiori à ſe invicem intervallo remoti ſunt, tanta eſt diverſitas, ut omnium aliarum rerum ſuperet diſcrepantiam. Deus quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ter opt. max. verum ſui cultum, quæ immenſa ejus eſt bonitas, humano generi, primitùs revelavit: eam autem ſcientiam deinde in paucis conſervavit, plurimis gentibus vel particulam ejus tantùm, eamque inanibus hominum commentis depravatam, remanere vel omnino progreſſu temporis aboleri propter grandia illarum peccata & pro juſtiſſimo ſuo arbitrio atque conſilio, quod homini nefas eſt ſcrutari, permiſit. Nec tantum hoc, ſed indignas quoque aliquas earum judicavit, ad quarum aures ulla de Chriſto unico noſtro Propitiatore vel fama multis poſt ejus natalem ſeculis perveniret. Id adeo in Americanis populis per navigationes exploratum hodie eſt, ut negari non poſſit, nec minus certum de Iaponiis, apud quos neque Iudaicæ, neque Mahometanæ neque Chriſtianæ religionis ulla veſtigia deprehenſa ſunt, ita ut non tantùm veræ fidei expertes ſint, ſed etiam talem foveant religionem, quæ ex vera nulla ex parte derivata ſit, etſi in non paucis ei ſimilis, ſed plurimos Pontificiorum ritus & ceremonias obſervet, ut ex ipſa Deſcriptione Ieſuitarum conſtabit. Quoniam autem priori libro de rebus tam regni adminiſtrationem quàm uſum civilem ſpectanti-
bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

bus pertractatum eſt, operæ pretium me facturum putàvi, ſi ea quæ circa Religionem conſiderari ſolent, hîc ſubjungerem, præſertim cum in nulla unquam regione inde à Chriſto nato Chriſtiana fides majori ſit afflicta perſecutione, in nulla crudeliùs exſtirpata, denique à nulla ſeveriori magiſque impia diligentia & providentia hodienum prohibeatur. Primò itaque de ipſorum falſa religione, deinde de Chriſtianæ Religionis introductione, ultimo loco de hujus exſtirpatione dicemus. Atque hæc omnia eam potiſſimum ob cauſam facimus, ut, ſi quos forte Chriſtianæ fidei præcones poſthac cura tangat convertendæ hujus gentis, noſtro hoc labore iis inſerviamus.

Et hoc quidem capite de opinionibus illorum in rebus ſacris & diverſis ſectis proponemus ea, quæ apud Scriptores illos reperiuntur, qui in Iaponia diu vixerunt; idque ipſorum verbis. Etſi enim & brevius & ordinatius hæc abſolvere poſſem, ſi meo arbitrio Orationem conformarem, tamen quia majori & jucunditate & fide leguntur, quæ à præſentibus rei, de qua agitur, ſcripta ſunt, exiſtimavi, majorem quoque me à lectoribus gratiam initurum, ſi ipſa autorum verba, in ordinem tamen dige-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ta afferrem, annotatis illis ubi diſſentiunt eorum narrationes; namque interdum Iaponiis quædam affingunt, ut pejorem reddant illorum Religionem, quæ vel ipſi commenti ſunt, vel à neophytis malè narrata accepêre.

Præterea Maffeus & Turſellinus, dum aliorum epiſtolas Luſitano ſcriptas ſermone in Latinum tranſtulêre, omnia in majus videntur auxiſſe, ut eo grandior eſſet oratio.

Xaverius pag. 237 ita fatur: Sectarum, quæ hic florent, ratio à Sinis adſcita eſt, quæ gens eſt in Continenti è regione Iaponiæ. Hinc memoriam habent Iapones literis conſignatam autorum cujuſque ſectæ, qui bina aut etiam terna annorum millia in ſolitudine voluntariis ſe pœnis afflixiſſe dicuntur. Horum Principes numerantur Xaca & Amida.

Diſciplinę (ſectę) vel virorum, vel mulierum ſunt omnino novem, legibus inter ſe inſtitutiſq; differentes: liberum eſt cuiq; ad eam, quam maximè probat, animũ applicare. Quare uſu venit, ut ſub iiſdem tectis aliam ſectam vir, aliam uxor, aliam liberi ſequantur. Neque ea res ullas ferè turbas excitat, cùm liceat cuiut quiſq; velit, vivere. Veruntamen ſæpe inter eos controverſiæ & contentiones

nes

nes exiſtunt, cùm ſuam quiſque diſciplinam reliquis anteferre conatur, atque etiam interdum venitur ad manus. De mundi atque animarum procreatione in hiſce diſciplinis omnibus mirum ſilentium. Omnes piorum atque improborum ſedes nominant, nulla tamen earum, aut cujuſmodi ſit beatorrum ſedes, aut cujus imperio improborum animi ad inferos detrudantur, oſtendit. Suos tantùm autores prædicant, qui ut ſaluti conſulerent hominum innumerabilium, nullis ſua peccata pœnis expiantium, acerbiſſimos ſua ſponte cruciatus ſubierint, maximéque diuturnos. Proinde confirmant, eos omnes, qui nullas ſuorum delictorum pœnas luerint, ſi ſectarum ſuarum Principes conditoreſque implorârint, ab omnibus incommodis liberatum iri, ita tamen, ſi magnâ eos fiduciâ imploraverint, omnemque in eis ſpem repoſuerint ſuam. Ac perſuaſum habent fore, ut vel ex inferis eorundem deprecatione eripiantur. Sed hæ quas dixi diſciplinæ innumerabiles fabulas & mira quædam de ſuis Inſtitutoribus perhibebant, quæ longum eſſet exponere. Ex hiſce ſectis nonnullæ trecena, aliæ quingena præcepta continent: OMNES tamen conſentiunt, quinque præcepta

eſſe præcipua, ac planè neceſſaria. Primum, Non occidendum, nec occiſum quicquam comedendum. Alterum, Non ſurandum. Tertium, Non mœchandum. Quartum, Non mentiendum. Poſtremum, Abſtinendum à vino. Atque hæ quidem leges communes ſunt diſciplinarum omnium.

Frojus in epiſt. Ind. p. 198. Cum ita multæ atque ita inter ſe pugnantes numerentur ſuperſtitiones atque familiæ, in eo tamen vel maximè laborant magiſtri, ut ſua quiſque mendacia & fabulas ita diſcipulis probent, nihil ut præterea verum, nihil ad æternam ſalutem tutum, nihil dignum quod audiatur exiſtiment. Accedunt alia quoque artificia, inceſsûs gravitas, oris atque habitûs dignitas, denique ſpecies omnis exterior, quibus rebus Iaponiorum pectora tantis opinionum perverſitatibus imbuuntur, tantamque ex iis fiduciam ac ſpem ſalutis æternæ concipiunt, non ſolùm ut domeſticos intra parietes, verùm etiam in publico, totaque urbe roſaria ferè ſemper manu percurrant, ab Amida, Xacaque divitias, honores, bonam valetudinem, ſempiterna gaudia ſuppliciter poſtulantes.

Idem pag. 209. De populi ad conciones concurſu ait: Vnius horæ ſpatio auditores

ditores illi omnes ad parvi pulſum tintinnabuli nixi genibus, incredibili quadam ſignificatione pietatis, roſaria manuſque tollentes in cœlum, in oratione perſiſtunt, vociferantes aſſiduè: Namvamida Ambvr, hoc eſt, Da ſalutem Amida: quod ipſum nomen etiam domi foriſque ſeu emant aliquid ſeu vendant, modulata quadam pronuntiatione geſtientes ac libentiſſimè ſæpius invocant. Quin etiam pauperes ipſi inter emendicandum iis, à quibus eleemoſynam petunt, propitium precantur Amidam. Bonzii verò ac legis periti verba illa plebi inculcare non deſinunt: Ichinem, Amidabvr, svcvmet, mvrioo, zai, id eſt, quiſquis Amidæ ſanctum nomen ex animo invocaverit, procul dubio ſalvus erit.

De hiſce globulis in precibus, non diſſimili modo ac Pontificii faciunt, teſtatur quoque Xaverius p. 251. dicens: Vtuntur Iapones omnes ad preces ſerie quadam orbiculorum bene longa, atque inter orandum gradatim ad ſingulos orbiculos ſuæ ſectæ implorant autorem. Hanc autem, quam dixi, precum ſeriem percurrunt alii crebrius, alii rarius. Vide quoque p. 259.

Idem ait, perſuaſum habere Iapones,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

in illa beatorum ſede epulas cultumque vitæ ſuppetere cum elegantia & copia: atque ut quiſque apud Xacam & Amidam maxima in gratia fuerit, ita apud omnes in maxima gloria futurum.

Ad eorum fiduciam in Deos ſuos declarandam etiam hæc faciunt, quæ & Xaverius & Frojus de quibuſdam in ora maritima voluntariam mortem eligentibus narrant. Frojus p. 197 ita proponit: Ii, cum Amidæ ſeſe eximio quodam cultu devoverint, ejus viſendi cupiditate flagrantes, mortem ultrò ſibimet ipſis conſciſcunt. Ac primùm emendicatâ per aliquot dies ſtipe, & in manicas inditâ, publicè concionantur ad populum, totamque conſilii ſui rationem exponunt, magna omnium approbatione: tantam quippe ſanctimoniam cuncti ſuſpiciunt: deinde ſumtis falcibus ad vepres ac ſentes, qui ad beatorum ſedes iter impediunt, præcidendas, navigium conſcendunt novum, ſaxiſque ad collum, brachia, renes, crura, pedeſque religatis, in altum provecti, vel perforato de induſtria merguntur alveo, vel etiam deinceps in mare ſinguli ſeſe præcipitant. Alveo vacuo confeſtim ignis ab amicis ac propinquis officii cauſâ proprio ſeparatim navigio proſecutis injicitur, nefas putantibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

avem tantis religionibus conſecratam
b ullo prorſus in poſterum attingi
nortalium. Sanè dum nos peteremus
Meacum, octo diebus antequam ad In-
ulam Hiu pervenimus, viri ſex, fœmi-
æ duæ ſimul eo genere lethi perierant
d oppidum Fore. His deinde populus
ediculam univerſis, columnam pinum-
que ſingulis, perpetui honoris cauſâ
prope littus erexerant, & impoſita ba-
ulis complura chartæ ſegmenta, ædi-
ulæ toto tecto defixerant, carminibus
plurimis intra parietes propoſitis, quæ
beati illius cœtus egregias laudes cele-
brarent. Itaque viſebatur locus die no-
cteque ſuperſtitioſiſſimè. Ac forte per
eos dies dum ad quendam infantem
Baptiſmo luſtrandum ego & Ludovicus
Almeida tendimus, illac nobis iter
facere contigit: atque eo ipſo tempore
prodeuntes è ſacrario quinque circiter
vetulæ cum globulis precatoriis, quæ
vulgo *roſaria* dicimus (adeo Chriſtia-
nos mores Lucifer æmulatur) partim
ridere ludibrio noſtram dementiam,
partim ſevero vultu nobis impietatem
exprobrare, ſacrum illud monumentum
nullâ veneratione, honoriſve ſignifica-
tione prætereuntibus.

Hæc quoque & aliud voluntariæ
mortis genus Caſpar Villela pag. 116

eleganter & quibuſdam quæ in pric
narratione non ſunt, additis ita expo
nit : Nunc paucis exponam, quod ann
ſuperiore me fugit. Iaponii miſeri, cu
ad ſedes, ut ipſi putant, beatorum m
graturi ſunt, quâ ratione ſe ad iter ac
cingant. Eas autem varias eſſe opinan
tut, alias infra maria, alias alibi, cert
præpoſitis Diis qui à quibus in vita cu
ti ſunt, eos in ſuum quiſque domic
lium perducant præmii loco. Atque a
infernas ſedes qui profecturus eſt, ho
maximè modo ſe comparat. Dies com
plures ſtat vigilans, & quodam qua
ſuggeſto de Mundi contemtu concio
natur: huic alii ſeſe comites adjungunt
alii ſtipem eleemoſynæ causâ largiun-
tur : noviſſimo autem die orationem
habet ad comites, qui pro amicitia
ſimul omnes epoto vino, conſcendunt
naviculam, impoſitâ falce ad ſpinas ru-
boſque qui occurrunt in itinere, præci-
dendos, noviſque induti veſtimentis,
manicas lapidibus infarciunt: ad col-
lum autem ingenti ſaxo religato, quò
citius ad paradiſum illum ſuum perve-
niant, ſeſe è navigio ſponte præcipites
dant. Quem mihi videre contigit, hunc
ſeptem comites ſequebantur, qui qui-
dem tanta cum animi alacritate & gau-
dio in mare ſeſe projecerunt, ut novita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ſpectaculi planè obſtupuerim. Qui utem Amidam venerantur, alium riim obſervant. Cum eos tædium cepit itæ, in ſpecum ad inſtar dolii, in quo onſidere poſſint, ſeſe conjiciunt, ita x omni parte contectum, ut una tanim ex arundine perforata ſpiritum duant, atque ita jejuni ad mortem uſque erſiſtunt, aſſiduè Deum illum ſuum ſeu otius Dæmonem invocantes.

Illa quoque, quæ Frojus p. 214 enarat, ubi mortem uxoris Cubi, de ujus cæde cap. v. prioris libri dictum t, deſcribit hiſce verbis: Regina inter ncillarum greges tum quidem elapſa liciter, in quoddam ſeſe cœnobium ecepit, paſſibus mille circiter & quinentis ab urbe disjunctum, ſed paulò oſt à conquiſitoribus deprehenſa, ubi ſe Dajondoni & Mioxindoni juſſu orti deſtinatam eſſe cognovit, charam atque atramentum popoſcit, ſcriſitque ſuâ manu multis verbis ad liam utranque literas, quarum erat lauſula: viro ſuo per ſummam injuam rebellibus interemto, ſe quoque ullo ſuo merito ad necem rapi: veruntamen æquiſſimo animo ſeſe mortem bire, nec dubitare, quin hoc totum ro ſua infinita clementia de ſe ſtatuiſet AMIDA, quo citius ad paradiſi

gau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

gaudia pervenire, ibique Cubo ſuo in perpetuum perfrui ſibi liceret.

Deinde obſignata epiſtola, cùm Bonziis, apud quos delituerat, gratias egiſſet, ad aram Amidæ perrexit: ibi manibus ſublatis in cœlum, obtinendæ indulgentiæ causâ AMIDAM bis invocat nominatim, & ſimul Cœnobiarcha ad abſolutionis indicium manus capiti ſupplicantis imponit. Inde regreſſa in cubiculum, elatis manibus AMIDAM rurſus appellans, à militibus jugulata eſt.

De eadem regina idem Frojus p. 2… teſtatur, quod in privatis ædibus ſacellum Amidæ coluerit (quod etiam alios Magnates facere epiſtolæ commemorant) his verbis: Eam (reginam) invenimus in cœtu nobilium fœminarum ſedentem ante ſacellum ornatiſſimum, in quo erat Amidæ puerilis effigies egregiè picta cum diademate, aureis in capite radiis emicantibus. Pag. 85. Vilela ita: Ipſo navigationis initio tanta repente malacia extitit, ut navis loco moveri non poſſet. Tum barbari, ut muneribus pacem ventumque à Diis obtinerent, ſtipem ſingillatim à vectoribus corrogare cœperunt.

Xaverius p. 198 ait; Iaponii ſermones de Deo rebuſque divinis audiunt

avi-

idiſſime, præſertim cum ſatis ea, quæ
cuntur, intelligunt. Idem aliis locis
ab aliis Ieſuitis ſcribitur. Atque ex
s quidem de ipſorum Religione & Ze-
judicare licet, quæ tamen Caronius
tenuat, dum nationem hanc non ad-
odum religionis ſtudio duci nec ſu-
erſtitionibus deditam eſſe ſcribit, il-
ſque nec matutino nec veſpertino
mpore nec ante cibum nec poſt ſum-
m nec intermediis horis precari Deos,
uod etiam à nautis plurimis accepi:)
nò pro religioſis haberi, ſi qui ſingulis
enſibus ſemel templum frequentent.
dem quoque ſcribit, ſe nunquam vel
diſſe vel ab aliis accepiſſe, Iaponios
religione inter ſe decertare, neque
os quicquam impendere operæ, ut a-
icos vel conſanguineos ſuos vel etiam
eregrinos ad ſuam adducant religio-
em, ſive alterius ſectæ cultores ad ſuam
ctam, ſed unumquemque in ſua perſi-
ere religione ſine ulla accuſatione vel
npedimento: neque tamen plebejos ita
lè tenaces ſectæ ſuæ, ut non facilè mu-
et eam cum aliâ, ſi tempore neceſſita-
s centum imperiales illo ipſo lucrari
oſſit.

Sed hæc Caronii verba vel de mari-
imis tantùm populis, apud quos toto
erè tempore mercatores commoran-
tur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tur, intelligenda ſunt, qui quantum
interioribus differant, dictum & c.x
vel minus accuratæ annotationi
quiſitioni Caronii, quippe literaru
ſtudiis haud imbuti, & ut ſolent merc
tores, non multum de hiſce ſolliciti,
ſcribenda ſunt.

Animorum quoque Pythagorica
tranſmigrationem Bonzios ſtatuere
manifeſtum eſt ex capite XIII l. IV Tu
ſellini de vita Xaverii. Ita enim Bo
zium dixiſſe narrat: Scito igitur, nu
lum mundi, humanique generis princ
pium fuiſſe, nullum item extremum fo
re. Itaque hominum animi, quip
immortales, in alia ex aliis deinceps m
grant corpora tum marium, tum fœm
narum pro Lunæ cum Sole, aſtrorum
que conjunctione, quę tenera corporu
membra fingit firmatque. Proin men
tes quæ valent memoriâ, (cujuſmod
mea eſt) facilè reminiſcuntur omni
quæcunque in vita geſſerint, cum al
corpora animarent: obliviosæ autem
non item.

Cæterum de Diis, quos colant, nih
ferè annotatum invenio, niſi quod Xa
verius p. 191 ita ſcribat: Plerique pri
ſcos quoſdam homines colunt, qu
(quantum ego cognoſcere potui) vete
rum Philoſophorum more vivebant

plu

lurimi Solem, nonnulli Lunam co-
nt. Si quando jurant (quod tamen
rrarò faciunt) per Solem jurant. Et
meida in epiſt. Ind. pag. 168 ipſos So-
n & Lunam adorare refert. Et Tur-
linus in vita Xaver. p. 343 Bonzios di-
gloriari, quod familiares ſint Solis,
rorum, Deorumque cœleſtium, qui-
ſcum nocturnos ſæpe ſermones, ſæ-
etiam complexûs jucundiſſimè mi-
ant. Neque id vero abſimile vide-
r, quandoquidem Aſtronomiæ nullam
bent cognitionem & ideo omnia cæ-
tia phænomena admirantur: Caro-
us tamen nihil ejus meminit, quod
ror: ſed eos frequenter in ore habere
men Nammanda, quod præcipuum
rum Deum denotet. Suſpicor illum
alè intellectâ voce, pro AMIDA, ap-
ehendiſſe Nammanda. Neque enim
bi meminit Amidæ, nec Ieſuitæ uſ-
am meminerunt Nammandæ. Fro-
s p. 245 dicit, Quanonem Deum mi-
cultu Iaponios omnes venerari, quod
rſuaſum habeant, ab illo Deo longio-
vitæ ſpatia, bonam valetudinem, di-
tias impetrari: Bonzios quoque Fre-
jamanos ſacra quotannis eidem ac
dos ingenti apparatu ſumptuque per-
lvere. Habere autem illos quoque in
eorum numero homines antiquos, at-
que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

que hos adorare, jam in præcedentib
dictum eſt de Xaca & Amida,
quibus Xaver. p. 251 ita loquitur: Bo
zii ac Bonzii cineracei coloris & max
ma populi pars Amidam, reliqui tar
etſi Amidam non aſpernantur, tam
Xacam præcipuè colunt. Sciſcitat
ſum diligenter, an hi, quos dixi, Xa
& Amida homines fuerint aliqui ſ
pientes: atque obſecravi Chriſtiano
(neophytos,) ut eorum vitas mihi pe
ſcriberent. Denique comperi ex eoru
libris, illos haudquaquam homin
fuiſſe. Quippe milleſimum aut etia
bis milleſimum annum expleviſſe d
cuntur: Xaca autem octies millies n
tus perhibetur, aliaque ejuſmodi pe
multa de illis memoriæ prodita ſun
quæ fieri nullo modo poſſunt. Itaqu
ſic ſtatuo, eos non homines, ſed me
Diaboli fuiſſe portenta. Sed pag. 23
ait, illos bina aut etiam terna annoru
millia in ſolitudine voluntariis ſe pœn
afflixiſſe à Iaponiis commemorari. I
Frojus in epiſt. Ind. p. 208 commemor
ita: In medio phano quodam machin
lignea, ſculptilis, variiſque picta color
bus, multis forulis collocatos contine
libros ab uno Xaca conſcriptos, eadem
ut eſt verſatilis, quem quiſq; voluerit li
brum, offert protinus; & quidem tant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

eſt voluminum copia, ut incredibile ſit, vel una ætate à multis autoribus, vel multis ætatibus ab uno autore confici potuiſſe. Sed innumeros quoq; in Theologia ibi eſſe libros teſtantur epiſtolæ multis locis. Præterea Sanctos multos ab illis coli & in Deorum numero haberi, appellari autem partim Foto ques, partim Camos, quorum illi ſacerdotes & pii viri olim fuerint, atque duro vitæ genere præclari extiterint & eruditione: hi heroës, qui fortibus factis vel novis inventis famam conſecuti ſint. Et Fotoques quidem invocari, ſi de ſalute æterna poſt hanc vitam agatur: à Camis autem ea peti, quæ homines bona cenſent, ut honores, divitias. Cujuſdam Divi, nomine *Cacubau*, mentio fit in epiſt. p.115, qui à Neugoris Bonziis, quorum ſectam ipſe inſtituerit, veneretur. De Divo Combadaxi, item de autore ſectæ Icoxas, & de Divo Nequirone, & Divo Daimaogini pag. 93 hæc leguntur: Ante octingentos annos ferunt in hac urbe (Sacajo) verſatum Bonzium quendam, Combadaxi nomine: quem equidem exiſtimo hominis forma Dæmonem fuiſſe: adeo nefaria ſcelera ab eo excogitata, cæteriſque demonſtrata narrantur. Hunc tradunt deducere ſtellas à cœlo, & futura prædice-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

re ſolitum: inventorem etiam literaru[m]
fuiſſe, quibus Iaponii utuntur, ſibiqu[e]
multa, eaque magnifica templa ædifi-
cari juſſiſſe, extremaque jam ætate ſub-
terraneum ſibi effodi ſpecum, in que[m]
ultro ſe condidit, cum diceret, ſe ja[m]
vitæ hujus ſatietate teneri, & in eo ſpe-
cu viventem velle quieſcere ad anno-
rum decies millies millena millia; quo
tempore fore, ut magnus quidam in Ia-
pone Doctor exiſteret, ſeque tum in lu-
cem hanc eſſe rediturum. Eo ſermon[e]
habito, ſe intra ſpecum obturato oſtio
occludi imperâſſe. Magnum eſt eju[s]
ubique nomen, & vivere etiamnum
creditur, multiſque ſe per viſum offert:
& ab eo plerique ſuppliciter opem im-
plorant. Anniverſaria verò illius die[s]
ſolennia, quo die ſeſe in ſpecum abdi-
dit, mirum quantâ remotarum etiam
nationum frequentia celebrentur (Fro-
jus pag. 192 de eodem Combendaxi ea-
dem ferè narrat, additque multos eſſe
ejus cultores Bonzios & Bonzias, cœ-
nobia, templa, & inſuper hæc: Circa
ipſius ſepulturam lampades ardent mul-
tæ, è variis eò miſſæ provinciis. Per-
ſuaſum eſt enim genti, quicunque in id
monumentum exornandum largi ac
benefici fuerint, eos non in hac modò
vita divitiis auctum iri, ſed etiam in al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tera ipſius Combendaxis patrocinio futuros incolumes. Vide ibid. plura). Alii præterea aliis ætatibus fuêre tres vel quatuor Bonzii ſummâ eruditionis exiſtimatione, quibus item magni honores habentur: ſed uni præſertim, quem ante annum trigeſimum vixiſſe perhibent, autorem ſectæ ejus, quam *Icoxos* vocant magnâ apud plebem auctoritate. Magna eſt etiam ſanctitatis opinio Bonzii Nequiron, qui ante quingenteſimum annum floruiſſe dicitur. Iulio menſe feſtum diem agunt Daimaogini, quem excellenti ſanctitate virum, aſſeclam ajunt fuiſſe priſci cujuſdam Imperatoris. Hunc Sacajani adorant, templis compluribus ei dicatis &c.

Idolum Denichi, qui ſine dubio etiam pro Divo ab illis colitur, commemoratur p. 190. Et p. 135 Deum rei militari præpoſitum vocari *Mariſtinem* atque illum Iaponios magno cultu venerari ſcribitur.

In magna quoque veneratione eſſe Canonem, filium Amidæ, ex eo patet, quod illius mille imagines certo ordine diſpoſitæ, hinc inde quingenæ, eadem omnes formâ, ore venuſto, egiegiè factæ in quodam templo circa Meacum conſpiciantur: treis præterea Divi ponuntur p. 64, nempe Foben, Mion,

 Quo-

Quæquius; niſi fortaſſe ea nomina ſunt librorum quorundam Theologiæ. Sectæ. Et p. 180 Idolorum Daibur, Tamondea, Beſamondes, Homocondis, Zojolis, quibus cœli præfectura vulgo tribuatur. Et p. 250 Iizus, qui manibus mortuorum ad cœlum ducendis præſit. Frojus ait p. 202. Sed Almeida p. 180, Canonem & XIX facit Xacæ filios. Reliquorum Divorum nomina non reperio annotata: itaque jam de ſectis quædam adjungenda ſunt.

Xaverius facit ſectas novem, ut ex illis quæ initio hujus capitis ex eo attulimus, manifeſtum eſt, & aliis locis idem teſtatur. In epiſtolis Indicis p. 68 plures quàm undecim eſſe dicuntnr: Caronius duodecim eſſe ſectas affirmat: ſed quibus in rebus inter ſe diſcrepent, & quæ ſint ipſorum opiniones, non annotàrunt, niſi obiter.

1. Xingovini Bonzii pag. 64 ep. Ind. ponuntur illi, qui Divum Denichi colant. 2. Ienxuani, qui Foben: 3. Foquexani qui Mion. 4. Iondàxuenſes, qui Amidam: 4. Xintani qui Quoquium. Principales autem ſectæ ſunt illæ duæ, quarum aſſeclæ colunt præcipuè vel 6. Amidam vel 7. Xacam. Pag. 61. fit mentio 8 ſectæ Baracacque, cujus cultores meditationibus quibuſdam arbitra-

tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tu ſuo confictis vacant: præterea ibidem ſecta 9. Tendavi ponitur, ſed qualis ſit, non adjicitur Pag. 230 Capralis ſectam 10 Icoxuanam ita deſcribit: Icoxuana ſecta in his locis Lutheranæ, videlicet in Europa reſpondet: ſiquidem ad beatitudinem nihil aliud requiri affirmant, præter unius nomen Amidæ, ejuſque præſtantiſſimis & ſalutaribus humano generi meritis injuriam fieri, ſi quis opera virtutis & ſuam cujuſque induſtriam eſſe præterea neceſſariam ducat. hactenus Capralis. Cæterum non fuiſſet opus hoc condimento de Lutheranis deſumto.

Nam ſi cui aſſimilanda eſt Iaponia religio ex Chriſtianæ fidei Sectis, ſanè Pontificia adeò multis cum Iaponenſi convenit, ut in hoc quidem genere reliquis palmam facilè præripiat, ut capite x dicetur. Itaque Capralis illud Solonis potius debebat perpendiſſe: *Noſce teipſum.*

Sed eandem ſectam Vilela p. 93 ita proponit: Secta Icoxos magnâ apud plebem autoritate, cui ſectæ Bonzius ſemper cum imperio præſidet, ſtupris flagitiiſque palàm turpiter deditus, quem plebs nihilominus tanta pietate ac veneratione proſequitur, ut ſi eum modò adſpexerit, vim lachrymarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

profundat, ſolvique ſe admiſſis noxis a eo ſuppliciter petat &c.

Caronius verò ita pag. 23. Duodecim ſectæ ſunt, ex quibus undecim ſacerdotibus prohibent omnem cibum qui ab animalibus deſumitur, neque licet illis converſari cum fœminis.

Duodecima ſecta maximæ eſt dignitatis & eruditionis, cujus ſacerdotes non tantùm uxores ducunt, ſed etiam animalium tam terreſtrium quàm aquatilium carne ſine religione veſcuntur, appellaturque hæc ſecta *Icko* vel Ickois, plurimas tamen habet ſuperſtitiones.

Pag 63. epiſt. Ind. hæc reperio: Bonziorum familia (ſecta) quæ à Faxequu nomen duxit, vitam ſeveriorem cæteris omnibus profitetur. Xaverius p. 192 ſectam quandam quæ laxiore diſciplina fruatur, deſcribit, ſed non nominat.

Idem aliud monachorum c. 11 genus deſcribit p. 219. qui Legi-Oxi ro dicantur, & ejuſdem generis fœminarum, quas *Hamacutas* nominent. Ordo quoque alius & Bonziorum qui *Neugori* dicuntur, à reliquis ſectis diverſis à Cacubau inſtitutus, de quibus plura cap. prox.

De Iamambuxis Villela p. 47. ita: ſunt etiam qui Dæmonem colant, eo-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

que familiariſſimè utantur, quos *Iamambuxas*, hoc eſt, milites convallium appellant. Ii ad famam ſanctimoniæ colligendam, ſeſe graviter puniunt, ſtant, vigilant, cibo parciſſimo utuntur: altero denique vel tertio menſe, ubi ſatis factum Diabolus pronuntiaverit, nonnullis amentiæ ſociis unà ſecum adhibitis, emendicatâ à popularibus ſtipe, mare petunt, naviculamque conſcendunt cujus ſentinam ita perforant, ut acceptâ paulatim aquâ mergatur. Sed hæc malè à Villela narrari nemo non videt. Quis enim credat homines tam fatuos vivere ut Diaboli cauſa talia perpetiantur? Itaque ipſi proculdubio ad Deorum comparandam ſibi gratiam talia ferunt, in quo etſi errent, tamen dici non poteſt, quod ipſi ſcientes Diabolum colant.

Idem Villela de ſecta Fotoquorum ita: Eſt etiam hæreſis eorum, qui lingua patria Fotoqui vocitantur, in opinionum ſuarum pravitate uſque adeò pertinaces, ut aures Euangelio prorſus occludant. Negant enim fidem habendam niſi ſcriptis iis quæ apud ſe habent, & pro miraculo eſt, ſi quis eorum Chriſtiana ſacra ſuſcipiat.

De Ianambuxis Frojus p.191. in epiſt. ita: Alia eſt familia ſanè frequens eo-

rum, quas *Ianambuxos* vocitant, criſpante ac vibrato capillo : ji res vel amiſſas vel furto ſublatas ita comperiunt. Statuunt ante ſeſe puerum: hunc Dæmon certis evocatus carminibus occupat: ex eo deinde puero, quod avent cognoſcere, ſciſcitantur. Horum preces in utranque partem multum valere creduntur.

Itaque precationes eorum fauſtas æque diraſque pretio populus comparat. Hujus ordinis candidati, antequam admittantur, bis terve milleni ſimul montem quendam editiſſimum petunt. Ibi ſexageſimum diem pœnitentiæ nomine, ubi ſeſe voluntario ſupplicio maceraverint (quo ipſo tempore ſeſe illis dæmon varia ſpecie viſendum offert) quaſi jam laureâ donati, & in cæteram aſcripti familiam, floccis quibuſdam albis ornantur è collo pendentibus, atriſque pileolis, qui non niſi ſummum capitis verticem tegant : atque his tanquam inſignibus inde Iaponias provincias peragrant, ſeque operamque ſuam ubique venditant, adventum ſuum in oppida ſignificantes pulſu catilli, quem ſecum circumferre ſinguli ſoliti ſunt.

Non deſunt alio nomine Gengues, qui res item furto ſurreptas, fureſque ipſos per divinationem demonſtrent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Ii in præcelſo montis jugo ſibi domi-
lium collocârunt: oris atro colore ob
ſiduam ſolis, pluviæ, venti, geluque
tientiam. Vxores ducunt, ſed non
ſi ex ſuo genere ac ſtirpe &c. nam quæ
bjungit, parum veriſimilia videntur.
e iiſdẽ Caronius loquitur dicens: Qui-
am alterius ſectę in gravibus & diutur-
s morbis adhibent montanos ſacerdo-
s (*berg-papen*) qui toto die ac nocte ante
grotum conſidentes legunt atq; blate-
nt ita ut ne unum quidem verbum in-
lligi poſſit, quandoquidem omnes re-
giones & ad eas pertinentia in divinio-
& doctis tantùm cognitâ lingua per-
ripta ſunt, nec ſcriptura cum vulgari
onvenit & ab rudibus ſine informatio-
e legi nequit. De iiſdem Hagenerus
a: Vidimus homines, è quorum hume-
is funis quidam dependebat, in qua
multi globuli & nodi, ut noſtræ roſæ,
ed maxima ex parte albi conſpicieban-
ur: Oculi illorum ſimiles ſunt illorum
culis, quorum viſus fractus eſt; hi ap-
ellantur *Iammaboos*, noſtris Papæ
montani, & Diabolorum fugatores.
Narratum eſt mihi, quendam diu mor-
bo vexatum, vocari ad ſe juſſiſſe cele-
brem quendam Iammaboos, qui cum
iam longo tempore clarâ voce legiſſet
& locutus eſſet, reſponſum illi eſſe alia

voce, (nullo autore viſo) quam aſtans
audiſſent: Quid me afflictas; ego n
ſum is, qui tibi hæc infert, ſed vir iſ
tuus inimicus miſit me ad te crucia
dum: illi ſatisfacias, ſic decedam. C
terùm ex omnibus ſectis peſſima eſt i
quæ Xenxuana dicitur: hæc enim ſ
Epicurea eſt.

De illa Xaver. p. 246. E novem ſec
quæ in Iaponia vigent, una duntax
animos mortales facit, quæ à cæter
rum diſciplinarum ſtudioſis habet
deterrima.

Ejus ſectæ homines nequiſſimi flag
tioſiſſimique ſunt, neque ullam infer
rum mentionem ferre poſſunt. Ejuſde
mentio fit in epiſtolis Ind. p. 54, & 24
addito nomine expreſſè, & eam null
Spiritus admittere, neque quicquam
credere niſi quod ſenſibus percipiatu
Caronius dicit, eos ſtatuere, hominem
omnino non habere animam. Cum ita
que Xaverius clarè aſſerat, unam tan
tùm ſectam hanc belluinam fovere opi
nionem, minus rectè Maffeus p. 564 ait
Bonzios omnes in tollenda pariter De
providentia & animorum immortali
tate conſentire: Inter docendum ho
tantùm intereſſe, quod impietatem
hanc pauci palam & promiſcuè cuncti
hominibus, alii non niſi nobilibus ac

dyna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

naſtis ex arcano tradunt : vulgus ac ultitudinem tartari metu in officio ntinendam.

Porrò Xaverius p.132.ita ait:Ante no-rum quidem adventum perpetuò , ut cepimus , pugnabant inter ſe , cum am quiſque ſectam optimam eſſe con-nderet.

Sed poſtquam nos audierunt , certa-ine de ſuis diſciplinis ac religione miſſo, de lege Chriſtiana certare cœ-erunt univerſi . Hæc de ſectis. Non mittendum , quod Almeida p. 168 in piſt. Ind. ſcribat , Iaponios adorare uoque cervos , aliaſque belluas vario itu.

Et Vilela p. 47. Diabolus magnoperè atagit,quo brutorum animantium ſpe-ie vulgo adoretur , atque ut boves co-ant, hominem occupat : percontanti-us nomen , reſpondet , ſe regem eſſe oum: rogatus ut abeat,negat ſe ex ho-nine diſceſſurum,niſi templum ſibi ex-ædificaturos eſſe recipiant . Si polli-centur , abſcedit : ſi promiſſa non fece-rint , rurſus revertitur , oppreſſumque hominem variis cruciatibus torquet, quouſque phanum ædificent , in quo varias belluarum figuras pro numine venerantur , capitali etiam alicubi pro-poſitâ pœna , ſi quis bovem occiderit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Interdum etiam venatores, ſiquam
ram interemerint, ſuis veneficiis in m
bum inducit : itaque ejus rei metu f
pro dęmone ſuppliciter colunt. Alib
iam Dæmones adorari commemor
epiſtolæ: ut p. 203. Frojus ait: In aliq
bus magnò cultu adoratur ſtatua Ca
dæmonis, facie magis etiam, qu
apud nos pingitur, fœda & horrib
Et alibi ſimilia reperiuntur. Cæter
de brutis expreſsè contradicit Xaver
p. 191. dicens: Animantium ſpecie D
nullos venerantur (Iaponii) nec Ca
nius quicquam de eo annotavit, qu
certè, ſi ita res ſe haberet, non omiſiſſ
cum tot annorum ſpatio, quibus ibi v
xit, non potuerit illum hoc latere. Qu
verò Diabolum non adorent, ex eo m
nifeſtum eſt, quod ad inferni cruciat
effugiendas, omnia, quæ poſſunt, pra
ſtant, ut jam in præcedentibus dictum
Nec verò id eorum narrationem co
firmat, quod in templis Iaponenſium
reperiantur Diaboli effigies horrendæ
& multò, quàm noſtræ picturæ referun
fœdiores. Id enim faciunt ad hominum
animos à flagitiis deterrendos. Namqu
in epiſt. p. 179 legimus: Concionatore
Bonzios inter dicendum atrociſſimo
inferorum cruciatus in tabula depictos
oſtentare, horrendaque illâ ſpecie pha-

num

m cum populi univerſi tum verò
ulierum plangore ac lamentatione
mpleri. Pag. 180 Almeida ſcribit ad
cujus phani januam conſpici duos
nitores (Divos) qui calcent ſinguli pe-
Dæmonem Et pag. 208. Frojus: Aliud
am phanum in reditu vidimus infe-
rum Regi dicatum, cujus præcelſum
rrifico trucique aſpectu ſimulacrum,
gio ſceptro inſignitum, duobus hinc
de ingentis item ſtaturæ dæmonibus
ngitur, quorum alter calamo deſcri-
t hominum noxas, alter deſcriptas in
bula recitat: parietes picti varias in-
rorum oſtentant pœnas, quibus pluri-
i ſexus utriuſque, mortales dæmo-
um miniſterio cruciantur. Celebra-
r autem ædes hæc, augeturque pecu-
is ferè aſſiduè: nunquam enim de-
nt, qui ad regis effigiem timore per-
lſi, ea ab ſeſe tormenta atque ſuppli-
a deprecentur. Hæc ſanè aliquem cul-
m Dæmonis innuunt, at in capitis
ujus initio ex iiſdem Ieſuitis audivi-
us, quod Bonzii auditores tantùm ad
eos, & Xacam atque Amidam invo-
ndos adhortentur, non verò ad Dia-
olum invocandum. Quanquam ratio
on deſit, cur id faciant, nimirum quia
norant, Deum habere in Dæmones
oteſtatem, ſed hoſce æquali cum Diis
eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

eſſe putant poteſtate. Atque in In[...]
quoque quaſdam gentes hac ductas [...]
tione id facere accepi: ſed tamen in [...]
ſcript. Belg. Regni Siamis & Pegu le[...]
mus, quod Sacerdotes Ethnici acrite[...]
ſæpe in vulgus hanc ob cauſam in[...]
hantur & dæmonolatriam hanc in[...]
ſtam eſſe proclament. Præterea nau[...]
non rarò decipiuntur, dum aſpicien[...]
ſtatuas vel pictas Deorum in India e[...]
ſtimant eſſe Dæmonum effigies. In[...]
enim, ut inquit Xaverius, Deum n[...]
grum & pingunt & ita eſſe putan[...]
quia ipſi nigri ſunt.

Has nautæ & imperiti videntes op[...]
nantur Dæmonum eſſe ſtatuas. Turſ[...]
linus in vita Xaver. p.149. Ipſi (Brac[...]
manes) utpote naturâ ſubnigri, ſuo i[...]
dulgentes colori, nigrumque Deum e[...]
ſe rati, Deorum ſimulacra identide[...]
perungunt oleo, ut non atra modò, ſe[...]
etiam tetra ſint horrendaque. Dæmo[...]
nes ipſos, non eorum ſigna videre [...]
credas.

Ad zelum eorum in religione il[...]
quoque refero, quæ p. 150. epiſt. Ind. l[...]
guntur. Hæc vetula beatitudinis grati[...]
multa Iaponis delubra, ſuperſtitioſis p[...]
regrinationibus circumierat, habeba[...]
que papyraceam tunicam, quæ deſcr[...]
ptam Amidæ vitam continebat, qua[...]
il[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

i cum aliis diplomatibus & indul-
ntiis (Eccleſiaſticos enim ritus dæ-
on effingit) Bonzii pretio ingenti
ndiderant polliciti, ſi eo amictu, ſu-
emo die ſuo efferretur, omnibus no-
s ſolutam, rectà ad beatas Amidæ ſe-
s procul dubio proventuram.
Harum tunicarum etiam mentio fit
ultim. cap. libri primi, ubi funeris ri-
s proponuntur.
Religionum ſuarum originem ad Si-
as referunt, atque Sinarum ingenia in
nnibus excellentia admirantes fieri
aud poſſe putant, ut Sinarum religio
era non ſit. Id Xaver. p. 232, 262, 270
firmat, nempe à Sinis tum alia mul-
, tum religiones quoque accepiſſe Ia-
onios. Et in epiſt. Ind. p. 128 Vilela
d Brachmanas refert dicens: Indicam
rachmanarum ſuperſtitionem ab In-
ico magiſtro ex regno Sionis acceptam
uc uſque retinent, quod ipſum ex de-
bris etiam apparet, quæ in oppido In-
iæ Ceilano eadem videre memini quæ
n Iapone. Et pag. 205 dicitur, quod
acæ libri in Sina quoque habeantur.
Quod autem Xaverius pag. 232. & 237
it, veriſimile mihi vix fit, nec alii me-
ninêre: Iaponum, ait, religiones, ut
Paulus mihi tradidit, ex Cenico, quæ
urbs eſt ultra Sinas atque Cathajum, à
Iapo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Iaponia iter unius & dimidiati an[...]
adſcitæ perhibentur.

Etenim in Sinarum regno univer[...]
atque Cathajo, nulla alia vigere fer[...]
diſciplina præter eam, quæ in Cenice[...]
Academia longè celeberrima traditu[...]

Aliter Frojus p.208. Eorum, inqu[...]
librorum uſus eſt maximus non in [...]
pone modo, ſed etiam in Sionis reg[...]
nibus, unde omnis Iaponica fabulo[...]
tas & ſuperſtitiones primum extitiſ[...]
atque inde paulatim oram Sinaru[...]
Peguſiam, Bengalanam, totumque eu[...]
tractum in Biſnagam uſque pervaga[...]
dicuntur.

CAP. II.

De Sacerdotibus Religionis Iaponenſi[...] Bonziis, eorum fraudibus, & Concionibus, Cœnobiis.

DIximus jam in primo libro, cum [...] eruditione & literarum ſtudiis ag[...] remus quod in Iaponia iidem ſint reli[...] gionis anthiſtites, qui Philoſophi[...] aliiſque Scientiis operam impendun[...] & quod vocentur Bonzii. De his ita lo[...] quitur Xaverius p. 237 Magnus eſt i[...] his locis numerus tum virorum, tu[...] fœminarum religioſam vivendi ratio[...] nem profitentium, Bonzios & Bonzia[...]

appe[...]

ppellant. Bonziorum duo ſunt gene-
a: alii cineraceo utuntur veſtitu, alii
igro. Hos inter magnæ intercedunt
multates; cineracei atratis infenſi ſunt
ulgo, eoſque inſcitiæ arguunt atque
nprobitatis. Bonziarum totidem ſunt
enera, partim cinereâ partim atrâ veſte
nſignes: Bonziis parent, ſui utræque
eneris & coloris. Bonziorum ac Bon-
iarum innumerabilis eſt in Iaponia
nultitudo, ac planè incredibilis, niſi
i, qui ipſe perſpexerit.

Cognovi ex bonis autoribus, Regu-
um eſſe in his locis, in cujus ditione
œnobia ſint Bonziorum ac Bonziarum
acile octingenta capitum minimum
ricenorum: innumerabilia autem eſſe,
bi quaterni, ſeni, octonique verſen-
ur.

Idem Xaverius p. 239, poſtquam de
uinque ſummis Religionis capitibus,
uæ priori capite attulimus, egiſſet, ita
oquitur: Sed Bonzii & Bonziæ de ſua-
um legum ratione verba facientes ad
opulum, ei perſuaſerunt, fieri non poſ-
, ut profani homines urbanis negotiis
mplicati quinque illa præcepta ſer-
ent. Proinde præſtare ſe velle, quic-
uid propter earum legum negligen-
iam mali atque incommodi illis acci-
ere poſſit, ſub ea conditione, ut po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

pulus domicilia, cœnobia, reditus an-
nuos, pecuniaſque ad uſus ipſorum ne-
ceſſarias curet, & ſcilicet honorem e
& cultum tribuat. Hæc ſi populus fa-
ciat, ipſos quicquid legum ſit, pro po-
pulo ſervaturos. Quocirca viri prima-
marii atque opulenti, ut majori pec-
candi licentiâ fruerentur, Bonziis po-
ſtulata omnia conceſſerunt. Ita Bonzi
apud Iapones magnam habent venera-
tionem, vulgoque perſuaſum eſt omni-
bus, eorum deprecatione animos evo-
cari ab inferis, quoniam hoc Bonzii ſu
ceperunt, ut pro populo de legibus il-
lis ſatisfaciant. Hic Xaverius nimis li-
beraliter loquitur de Bonziorum jactan-
tia. Nam ex illis, quæ priori capite e
eodem attulimus, manifeſtum eſt ipſo
præcipuam ſalutis ſpem & fiduciam in
primos Religionis autores relatos in
Deorum numerum reponere: Bonzio
autem tantùm ut Interceſſores coli &
bonis operibus Deorum gratiam conci-
liari, (quæ doctrina Pontificiæ valdè eſt
ſimilis,). Hoc etiam verba, quæ in Xa-
verio ſequuntur, confirmant hæc: Con-
cionantur, inquit, Bonzii certis diebus.
Concionum omnium caput eſt: Nemi-
nem è populo damnatum iri ad inferos,
quamvis multa & deliquerit & delin-
quat. Suæ quippe ſectæ autorem eos ſi

forte

orte ad inferos relegârint è mediis ſup-
liciis vindicaturum, præſertim verò ſi
onzii, qui pro his ſatisfecerunt, de-
recatores acceſſerint. Et verò Bonzii
pſi vulgo de ſua ſanctitate, quod quin-
ue illis legibus pareant, ad populum
anè magnificè prædicant. Iidem au-
em negant pauperibus, quippe qui be-
ignè Bonziis faciendi careant faculta-
e, ullam relinqui ſpem ex inferis emer-
endi. In eadem cauſa fœminas eſſe di-
titant, ſi quippe illa præcipua præce-
ta neglexerint. Singulas enim mulie-
es propter menſtruorum fœditatem
luribus peccatis eſſe coopertas, quàm
iros univerſos. Proinde tam tetrum
nimal haud facilè ſalvum eſſe poſſe.
Hinc eò dilabuntur, ut dicant mulieri-
us quoque, ſi longè plura quàm viri,
n Bonzios contulerint, ſpem erumpen-
i ex inferorum carcere oſtendi. Illud
tiam pro concione pronuntiant, eos,
ui pecuniam Bonziis dederint in vita,
oſt mortem decies tantum, quantum
ederint, eodemque nummorum gene-
e accepturos, ad uſus videlicet illius
itæ neceſſarios. Nec deſunt multi tum
iri tum fœminæ, qui magnam Bonziis
im nummorum ita credant, ut eam
einde decuplo cum fœnore in immor-
ali illa vita exigant, quibus Bonzii ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

dulo ſcilicet cavent chirographo ſu
Nec dubitat imperita multitudo
multiplici illo fœnore pecuniæ credit
Bonziorum chirographa diligenter
ſervant, eaque moribundi ſecum ſep
liri jubent: quippe eorum aſpectu Di
bolum fugari arbitrantur. Multas pr
terea fallacias intendunt Bonzii de qu
bus ſine dolore commemorare n
queo; miras conciliandæ pecuniæ vi
nôrunt. Illud feſtivum, quod numm
eleemoſynæ nomine accipiunt ab om
nibus, ipſi omnino dant nemini. Qua
tum iſtiuſmodi hominibus tribua
quantum honorem habeat multitud
ſine gemitu ac ſtomacho videre no
poſſumus. Eadem fermè Frojus in epi
Ind. p. 190 habet.

Pag. 179. Illud me valdè delecta
quod ex Paulo S. Fidei (de eo, qui pr
mus Chriſtianus fuit ex Iaponenſibu
dicetur ſuo loco) noſtro comite accep
In ejus patria (Cangoxima) cœnobiu
eſſe ſanè frequens Bonziorum, qui ce
tis meditationibus exerceantur. Quip
pe cœnobii Præſes (is doctrinâ cæter
præſtat) domeſticis omnibus unum i
locum convocatis, ad eos quaſi concio
nem habet: tum certam cuique per ho
ram commentandi materiam proponi

Exempli causâ: Cum extremo jam
ſpirit

iritu mors vocem intercludit, ſi tum
nimæ ex corpore diſcedenti loquendi
cultas detur, quibus tandem verbis
n illo digreſſu corpus alloquatur ſuum?
emque ſi quis exiſtat ab inferis revo-
atus in vitam, quidnam cæteris videa-
ır eſſe dicturus?
Exacto deinde meditandi ſpatio, ra-
onem meditationis repoſcit à ſingu-
s: quem boni quippiam proferre vi-
et, collaudat, quem ſecus objurgat.
oſdem Bonzios ait quintodecimo quo-
ue die ſermonem ad populum habere,
requenti ſanè ac ſecunda concione.
Jamque inter dicendum atrociſſimos
nferorum cruciatus in tabula depictos
ſtentare, horrendaque illâ ſpecie fa-
num cum populi univerſi, tum verò
nulierum plangore ac lamentatione
ompleri. Hæc, ut dixi, Paulus mihi
narravit, qui rogatus, ecquam ex con-
ionibus illis ſententiam memoriâ te-
neret, hanc unam reſpondit; Impro-
bum hominem eſſe Diabolo ipſo capi-
taliorem, quod ille complura ſcelera,
ut furtum, perjurium, & alia ejuſdem
modi per conſceleratos viros ac fœmi-
nas committat, quæ per ſe ipſe non poſ-
ſet.

De concionibus hiſce Frojus ita lo-
quitur in Epiſt. Ind. p. 198: Eæ, inquit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

(conciones.) Si minus crebræ quà apud nos, certè quàm apparatiſſim In templo permagno cum ſerica ſupe nè umbella ſuggeſtus attollitur. In q ſtat ornatu ſumptuoſo cathedra : an cathedram menſa cum tintinnabulo libro. Vbi concionis tempus adveneri ad ſuum quæque doctorem in var templa frequentes Iaponiorum ſect conveniunt. Ille ſuggeſtum aſcendens & in ſella conſidens, magnificè ſeſe cir cumſpicit : deinde indicto campan ſilentio, pauca ex eo quem diximus, re citat libro, quæ mox idem fuſius expli cat. Sunt autem hi concionatores vir fermè diſerti, atque ad flectendos animos auditorum idonei. Et quoniam hiat ſemper avaritia Bonziorum, eò potiſſimum omnis ſpectat eorum oratio, ut populum inducant ſpecie pietatis ad ſua locupletanda cœnobia, tantò beatiorem in altera vita fore quenque affirmantes, quantò quæ ad ſacra vel exequias pertinent, majore pompâ & impenſa curârit.

Idem Frojus p. 209 ita : Poſtero (die) ad audiendas Bonziorum conciones in ſuburbana cœnobia venimus.

Egreſſi, turbam virorum æque ac fœminarum cum ſuo quemque roſario ſupplicantes aſpicimus. Percontati à neo-

neophytis, quidnam id eſſet, dimiſſam concionem eſſe reſpondent: Interrogati de numero, ajunt, capitum eſſe quinque circiter millia. Addunt inſuper, in eo templo quotannis centum diebus continuis ab uno eodemque Bonzio conciones haberi, multis magniſque indulgentiis auditori perſeveranti propoſitis. Optatum erat nobis omnino, aliquem ex iis concionatoribus audire, cognoſcendi maximè ſtudio, ſalvaque religione & officio transferendi ad uſum noſtrum, quæ ad conciliandos, permovendoſque Iaponiorum animos pertinere viderentur. Et quoniam allatum eſt, rem adhuc integram eſſe in alio quodam Cœnobio, pergere porrò illuc uſque decrevimus. Eò tendentibus igitur nobis primò Guivani phanum occurrit, quod ingenti frequentia, ſuperſtitione, anniverſariis mimorum ludis variiſque ſpectaculis magnopere celebratur & colitur. Inde exeuntes viam ingredimur pinis utrinque jucundâ admodum ſpecie conſitam: ſimul adſpicimus populi concurſum, ad concionem citato greſſu tendentis.

Nos ut ad locum pervenimus, moniti à Chriſtianis periculum eſſe, ne Bonzii ſi nos adeſſe ſentirent, concio-

nari deſiſterent, occulto loco ad initiu[m]
uſque concionis non ſine magna qu[i-]
dem vel admiratione vel pudore ſubſt[i-]
timus è conſcientia temporis ac negl[i-]
gentiæ noſtræ concepto, cum interi[m]
unius horæ ſpatio auditores illi omn[es]
ad parvi pulſum tintinnabuli, nixi ge[-]
nibus, incredibili quadam ſignificatio[-]
ne pietatis, roſaria manuſque tollente[s]
in cœlum, in oratione perſiſterent, vo[-]
ciferantes aſſidue: *Namu Amida Am[i-]
bur*, hoc eſt, Da ſalutem Amida: impe[-]
rato deinde majore campanâ ſilentio[,]
ut concionator ſuggeſtum aſcendit,
tum nos quoque ſenſim irrepſimus.
Phanum erat ad fores uſque ac porti-
cus refertum viris ac fœminis. In ipſis
autem aræ gradibus multi Bonzii conſi-
debant, manibus intra togam abditis,
oculiſque demiſſis.

Porrò concionator claro, ut ajebant,
genere, decorâ quidem in primis facie,
aſpectuque gratiſſimo, in excelſa unde
ab omnibus conſpici poſſet, cathedrâ
ſedens, ſericis ad talos uſque perquam
ſplendidè veſtimentis indutus, interio-
re candido, exteriore purpureo, flabel-
lum tenens aureum, ex libro quem ha-
bebat in menſa propoſitum, quædam
inſtitit ſubinde recitare, tum fuſius ex-
plicare, tantâ non ſolùm actionis venu-
ſtate,

ate, ſed etiam (ut Gaſpar Vilela affir-
abat ejus linguæ benè peritus & cæ-
ri, qui nobiſcum aderant) orationis
egantiâ atque artificio, ut mirum vi-
eri non debeat, ejuſmodi homines
nto in honore ac veneratione eſſe
pud Veritatis ignaros.

Bonzias quoque, moniales ſcilicet,
erba facere ad populum, ſolus memi-
it Xaverius p. 239.

Idem p. 192. Bonziorum ſecta quæ-
am eſt, cultu corporis haud abſimilis
nè cœnobitis noſtratibus, veſtitu ci-
erei coloris: barba & capite ſemper
aſo, ut tertio aut quarto quoque die
adi videantur. Mulierum ejuſdem ſe-
tæ cœtus ſunt, quibus cum illi promi-
cuè vivunt.

Itaque apud populum, qui tantam
orum cum mulieribus conſuetudinem
on probet, vulgo malè audiunt.

Fama eſt, eas ubi ſe gravidas ſen-
iant, partum medicamentis abigere.
orrò hi Bonzii odio quodam diſſen-
ent ab iis, qui noſtratium fere Clerico-
um ornatum uſurpant Pag. 250. Huc
ccedit, quod alunt in cœnobiis ſuis
onzii fœminas complures, quas colo-
orum ſuorum uxores eſſe dicunt.

Ea res in offenſionem occurrit mul-
itudinis, tantam Bonziorum cum mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

lieribus conſuetudinem ſuſpectam ha-
bentis. Bonziæ quoque omnibus ho-
à Bonziis adeuntur officii cauſa, eoſq;
viciſſim adeunt. At populus id mal-
in partem interpretatur: ferunt herba-
eſſe, quam Bonziæ eſitent, ne gravi-
fiant. Interim zelum Bonziarum no-
nullarum colligere licet ex Froji verb-
p. 249 hiſce: In unum templum ſeſe tr-
pidâ fugâ abdiderant Bonziæ mulier-
ad ſexaginta ex iis, quæ ſtipi cogend-
ad inſtaurationem fani Daibud in r-
gno Thematis religionis cauſa daba-
operam.

Frojus in epiſt. p. 190. ita: Complu-
ra viſuntur cœnobia non modò Bon-
ziorum, ſed Bonziarum etiam vari-
corporis habitu: quippe alii internis tu-
nicis albis, extimis nigris utuntur, alic-
cineraceus diſtinguit color, quorum
idolum eſt nomine Denichi: ab iis Ami-
dani magnopere diffident.

Bonzii porrò ferè omnes magnific-
habitant, habentque perampla vectiga-
lia. Iiſdem cœlibatus indicitur: nuptia-
contraxiſſe capitale eſt. Ingentes ha-
bent bibliothecas, cænationes ad ci-
bum unà ſumendnm, æramenta, ſe-
tintinnabula, quibus ad precationes ho-
rarias excitantur. Veſpere præfectu-
certum unicuique argumentum ad me-
ditan-

itandum proponit. A media nocte an-
e aram templi, alternantibus choris
uaſi matutinas recitant preces è Xacæ
bro noviſſimo. Primâ luce horam
nam meditando ſinguli conſumunt.
Ion deſunt alio nomine *Genguis*, qui
es item furto ſurreptas, fureſque ipſos
er divinationem demonſtrent.

Ii in præcelſo montis jugo ſibi domi-
ilium collocârunt, oris atro colore ob
ſſiduam ſolis, pluviæ, venti, geluque
atientiam: uxores ducunt, ſed non niſi
x ſuo genere.

Sacerdotes quoque ſectæ Ickois du-
ere uxores Caronius teſtatur, atque il-
os carne & piſce veſci; cum reliqua-
um ſectarum Bonzii illis omnino ab-
ineant, quod ita unum è quinque præ-
eptis jubeat.

Xaverius p. 249. Antiquitùs quidem
onzii ac Bonziæ, qui unam aliquam è
uinque illis legibus neglexiſſent, à Re-
ulis ac Dominis oppidorum, ubi ver-
arentur, morte ſcilicet, mulctabantur,
ive quis eorum flagitium, furtum,
nendacium admiſiſſe, ſive hominem
liudve animal accidiſſe, aut comediſ-
e, ſive bibiſſe vinum convinceretur.
Nunc verò relaxata planè eſt diſcipli-
a, atque corrupta. Nam plerique po-
ant vinum, carne veſcuntur clancu-
lum

lum, mendaciis ſtudent, mœchant palam &c.

Caronius tamen pœnam ſacerdotum, ſi tranſgrediantur præcepta, i deſcribit: Duodecim ſectæ ſunt, inqui earum undecim qui præſunt ſacerdot nihil comedunt eorum, quæ vitam al quando accepêre, neque illis cum mu liere converſari licet. Si itaque aliquan do Bonzius quidam in hiſce peccet, ad Magiſtratum delatâ, defoditur i terram ad viam aliquam umbilicote nus: unusquiſque autem viâ iſtâ iter fa ciens (exceptis nobilibus) tenentur de foſſi Bonzii collum ligneâ ſerrâ ferire hoſce ictus multoties repetitos tertio v quarto demum die mors conſequitur.

Cauſarum autem, ob quas Bonzi ſint in tanto honore prima eſt ea, quan jam in præcedentibus attigimus, nimi rum, quod Deos propitios reddant po pulo, ſicut quoque Xaverius p.252 teſta tur his verbis: Dynaſta hujus regn (Amanguciani) primarius, unà cum uxore fœmina lectiſſima, nos comple xus eſt ſic, ut amborum ſtudia nobis ad divinæ religionis propagationem nunquam defuerint.

Verùm neuter, ut religionem, quamvis exploratam ſuſciperet, adduci potuit, idque idcirco, quod multa Bon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

iorum cœnobia ſuo ſumtu ædificâ-ant, vectigalibuſqee inſtruxerant, quò Amidam, quem ſuperſtitiosè colunt, rarent aſſiduè, ut eos ab hujus vitæ ca-amitatibus atque incommodis prohi-eret, atque ad eam, quâ ipſe perfrui-ur, felicitatem aliquando traduceret. Hi cauſas, cur Chriſtiani non fierent, lurimas afferebant, illam potiſſimum, quod dicerent, egregios ſe Xacæ & Amidæ ſemper cultores extitiſſè, eo-umque cauſa & plurima largitos eſſè Bonziis, & ſedes ac domicilia excitâſſè: i jam ad Chriſtum ſe transferrent, gra-iam tot annorum officiis collectam, omnemque ſuperioris vitæ fructum uti-que perdituros. Pro certo habent, ſe, quicquid pecuniæ Xacæ & Amidæ no-mine Bonziis dederint, poſt mortem cum maximo fœnore recepturos, ac præterea cultûs, pietatiſque ſuæ fru-ctum ampliſſimum, quæ ſcilicet ne amitterent, ad Chriſtum tranſire no-luerunt.

Secundam honoris Bonziorum cau-ſam idem Xaverius p. 211 affert, ita lo-quens: Cauſa cur in tanto honore ha-beantur, ſingularis quædam ciborum abſtinentia videtur eſſè. Quippe ſuis le-gibus carne, piſce, vino prorſus abſti-nent: oleribus tantùm, pomis, oryzâ

vivunt,

vivunt, ſic ut ſemel tantum duntaxat
die cibum capiant. Bonzii plurimi ſun
eorumque cœnobia parum à vectiga
bus inſtructa. Verùm propter eximia
illam frugalitatem, & ſimul quod ii pr
ſertim, qui Clericorum utuntur orn
tu, à mulierum conſuetudine (capita
enim ea noxa eſt) longè refugiunt,
hiſtorias quaſdam, aut fabulas poti
ſuarum religionum diligenter exp
nunt, magnam apud Iaponios vener
tionem habent.

Tertia cauſa eaque præcipua à Froj
p. 190 Epiſt. Ind. innuitur, dum ai
Bonzii claro, ut plurimum, ſunt gener
namque Iaponii proceres multiplic
prole onerati, quibus filiis amplum fa
tis patrimonium relinquere ſe poſſe diſ
fidunt, hos ferè ad Bonziorum nume
rum aggregant. Atque hinc fit ut Re
gum filios atque filias ſacer hic ord
contineat, ut paſſim in epiſtolis legitur

Quibuſdam cœnobiis & templis aſſi-
gnati ſunt annui reditus à Cæſare ve
Domino ejus loci, quo ſunt: reliqui à
populo aluntur, & quemadmodum in
Chriſtianis locis plurimis quilibet è po-
pulo ſuum obſervat confeſſionarium,
illique munera largitur: ita in Iaponia
quoque incolæ ſinguli, prout in re lauta
vel tenui ſunt, certis tantum Clericis at-

que

ıe templis, quantum ad vitæ ſuſten-
tionem requiritur, ſuppeditant, ut
aronius teſtatur. Vnde Xaverius
ıg. 249 ita ait: Amangucii, Bon-
orum atque Bonziarum authoritas
ılde indies obteritur. Affirmant mi-
Chriſtiani, ex centum Bonziorum
onziarumque cœnobiis, quæ erant,
mangucii, complura civium elee-
oſynis deſtituta, brevi eſſe interi-
ıra. Ex funeribus quoque divitum &
pulturis ad Bonzios, qui ea procu-
ınt, largum redundare emolumentum
ı præcedentis libri capite ultimo di-
um eſt. & in epiſt. p. 108, Almeida
æc ponit; Duos Bonzios illos perquàm
udiosè Chriſto nomina profitentes in
ſceſſu meo in aliud tempus idcirco re-
ci, quod à curandis Iaponico ritu Re-
s procerumque funeribus, nullâ ratio-
e ſe poſſe deſiſtere dicerent, eaque re
hriſtiana ſacra, quæ ipſi apud ſe taci-
colerent, minimè pollutum iri arbi-
arentur. Magnum eſſe cœnobiorum
umerum ex eo colligere eſt, quod in
na urbe Amangucio centum fuerint:
d multo magis ex eis, quæ de cœno-
iorum ad montem Frenojamam ſito-
ım multitudine Frojus p. 244 habet:
renojama, inquit, excelſus inprimis eſt
ıons, novem circiter millibus paſſuum
ab

ab urbe Meaco ſitus ad Orientem
eo monte Rex quidam Iaponis, pat
ſuperſtitioni apprime deditus, ante
nos octingentos templa conſtruxit
tria millia & octingenta, ædibus
junctis duntaxat, in uſum Bonzioru
qui legum ac diſciplinarum in ſtu
verſarentur : quod ut ſine ulla interp
latione quam commodiſſimè facere
non modò turbas ac ſtrepitus om
agricolarum inde removit : ſed eti
vicos duos, unde omnia neceſſaria p
terent, ad montis radices ædificav
ſuperum inferumque Sacomotum (
locis nomen) iiſdemque Bonziis in
per, tertiam ferè partem vectigalium
gni Vomenſis attribuit. Quod opus
illo Rege fundatum, poſteri eò impe
ſius adjuverunt, quod univerſæ Acad
miæ ſummo cum imperio præponi ſo
tus eſt aliquis vel ex filiis regis, v
quàm arctiſſima certè cum rege affin
tate conjunctus. Itaque in tantam am
plitudinem excreverat olim Academi
tantumque illi honoris & auctoritat
acceſſerat, non ſolùm ut Meacenſ
omnis juriſdictio illorum hominum a
bitrio regeretur, ſed etiam ut omn
fermè Iaponicarum ſuperſtitionum in
terpretes, duceſque ſectarum inde ta
quam ex perenni fonte vel ſeminari

quo

quodam exiſterent: ſed imminutâ paulatim regiâ poteſtate, rebuſque (ut fit) bellorum injuriâ ac vetuſtate labentibus, ingens ille templorum numerus, quæ ſexdecim diſperſa convallibus antea viſebantur, ad octingenta vel paulò ampliùs rediit.

Ac ſimul Bonziorum illa qualiſcunque diſciplina ſenſim ita ſoluta eſt, ut omni abjecto pudore ſeſe turpiſſimis voluptatibus, flagitiiſque dediderint, atque ad armorum uſum ac latrocinia ſtudio doctrinæ religioniſque converſo, cum alia multa per vim nefaſque patrârint tum verò annis abhinc ſeptem & triginta Meacum urbem ingenti factâ hominum cæde, pæne totam incenderint. Frojus p.207. Ingentem ingredimur lucum (in urbe Meaco) in quo Bonziorum cœnobia quinquaginta miræ amplitudinis, à regum & principum liberis, qui ſacris addicti ſunt, magnificè & ſumtuosè incoluntur, facitque ipſa vicinitas, ut eorum præfecti ſe invicem elegantiâ munditiiſque ſuperare contendant. Vilela p. 92. In monte ſuburbano Meaci fuiſſe quondam ajunt cœnobiorum ſeptem millia, quamvis nunc minùs multa cernantur: quorum ſit unum inprimis opulentum & confluenti omnium ordinum multitudine

uſque adeò celebre, ut Reges bella ge-
ſturi ingentem auri vim ei delubro vo-
veant, & victoriâ partâ perſolvant: tum
infima quoque plebs in ſuis difficultati-
bus atque periculis eodem auxilii cau-
ſa confugiat. Singulis cœnobiis unus
Anthiſtes præfectus eſt, qui appellatur
Ninxir, hoc eſt, Iaponiorum linguâ
Cor Veritatis, ut Xaverius ait. Sed &
ſinguli ordine, Bonziorum ſeu ſectæ ſin-
gulos habent Generales Epiſcopos. Ita
enim Vilela p. 93. ep. Ind. refert: Secta
quam Icoxos vocant, Bonzius ſemper
cum imperio præſidet, ſtupris flagitiiſ-
que palam turpiter deditus: quem plebs
nihilominus tantâ pietate ac venera-
tione proſequitur, ut eum ſi modò aſpe-
xerit, vim lachrymarum profundat,
ſolvique ſe admiſſis noxis ab eo ſuppli-
citer petat. Eidem tantum pecuniæ
deferunt (in altera vita cum decuplo
fœnore reddendam) ut magnam Iapo-
nicarum divitiarum partem unus obti-
neat. Caronius quoque tradit, ſectæ
Ickois appellatæ Pontificem non tan-
tum regalibus honoribus affici ſed et-
iam ab illis, qui huic ſectæ ſunt addicti,
adorari, & cum ſe extra ædes profert,
in lectica geſtari. Hagenerus addit, quod
omnes Epiſcopi & Anthiſtites ſubjecti
ſint Dairo, (de quo in præced. libr. ca-
abun-

abunde diximus) atque hunc tantâ eſſe autoritate, quantâ Pontifex Maximus apud Pontificios. Porrò ſine permiſſione Epiſcoporum in ſingulis provinciis aut locis nullas religiones induci licitum eſſe, Laurentius Iaponius p. 60. epiſt. Indic. teſtatur. Ex Bonziorum quoque ordine Conſiliarios à Proceribus deſumi, Almeida p. 105. indicat dicens: Erat in eo ordine (Bonziorum) vir quidam inſignis, magnâ etiam ante id ſacerdotium exiſtimatione, tum verò & Regis ipſius conſiliarius, & amplis tribus cœnobiis ſummâ cum poteſtate præpoſitus.

Neque concedunt Bonzii Principibus & proceribus politicis ullum judicium in rebus divinis. Etenim cum aliquando Rex Bungenſis Xaverium domo ſuâ exciperet & Iaponicam religionem incertitudinis argueret, Bonzius quidam, qui aſtabat Regi, indignationem ſuam non diſſimulavit. Ita enim Turſellinus in vita Xaverii p. 342: Hac Regis oratione motus Bonzius nobilis, qui forte aderat (Faciandono erat nomen) Regi fidenter ſanè liberéque reſpondit: Religionis cauſam non eſſe ejuſmodi, de qua ipſe ſtatuere poſſet, doctrinæ interioris ignarus. Proinde ſi quid ejus ambiguam angeret mentem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

præſto eſſe quem conſuleret. Profectò ſe perfecturum, non modò ut ſcrupulum illi eximeret, ſed etiam ut id ipſum, de quo ambigeret, Solis luce clariùs foret. Ex quo omnes liquidò judicaturos, & vera eſſe, quæ docerent Bonzii, & rectè poni apud eos pretia doctrinæ. Tum Rex ſubridens, Agedum, inquit, Doctor unice, recondita iſta ac retruſa veſtræ religionis myſteria aliquando enuntia: nos taciti audiemus. Et Faciandonus magnificè ſe circum ſpiciens. Principio, inquit, de Bonziorum ſanctimonia ambigi nefas eſt. Satis conſtat inter omnes, ſanctam ab iis, gratamque & acceptam Superis agi vitam. Quippe cum caſtitatem colant, recenti piſce abſtineant, teneram erudiant ætatem, moribundis collybiſtica chirographa tradant pecuniæ in cœlo exigendæ, de nocte ſurgant ad Deos populo propitiandos, & ſuper hæc omnia familiares ſint Solis, Aſtrorum, Deorumque cœleſtium, quibuscum nocturnos ſæpe ſermones, ſæpe etiam complexûs jucundiſſimè miſceant. Hæc & alia ejuſmodi deliramenta præfatus, ſtimulante inflatum & impotentem animum irâ, intemperantius invehi in regem cœpit. Itaque is bis terve germano ſuo ſignifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

cavit, ut ſilentium imponeret Bonzio. Quo tacere juſſo, Rex Faciandonum intuens, ſe verò ſatis magnum ex ipſo ſpecimen cepiſſe ait Bonzianæ ſanctitatis: ſimul illud confiteri, ſe illius licentiâ ac temeritate linguæ ita eſſe affectum, liquidò ut jurare auderet, plus in Faciandonum juris inferos habere, quàm Faciandonum in Superos.

Hic Bonzius ad priſtinam violentiam intoleranda quoque ſuperbiâ adjectâ, proclamare: Tempus fore, cum Faciandonus mortales omnes infra ſe poſitos deſpiceret, ſic prorſus, ut nec Bungi Rex, nec quiſquam omnino Regum ad ejus ſedem aſpirare ſuſtineret. Ad hæc ſtomachari Rex &c. Bonzius exclamat: Regem talia in Deorum Antiſtites auſum cœleſtis ignis abſumat. Et ſimul exæſtuans fremenſque ex aula ſe repentè proripit.

De Bonziis, qui Divum Combendaxem colunt, Frojus in epiſt. p. 193 ita fatur: Ejus (Combendaxis) cultui qui ſeſe mancipant, intra ea cœnobia, quaſi clauſtra concluduntur, capillo in ſpeciem abdicatæ vitæ ſecularis abraſo, cum tamen ibi deinde, prout eos egit libido, in omni flagitiorum genere volutentur. In illis ædibus, quæ permultæ ſunt, præter magnam laicorum tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

bam, Bonziorum ſex circiter millia numerantur. Mulieribus aditus eò non eſt, capitali, ſi acceſſerint, pœnâ propoſitâ. Fatonochaiti prætereà domicilium eſt Bonziorum. Hi magnam puerorum turbam variis artibus ad omne doli furtique genus erudiunt. Si quos eximiâ nacti ſunt indole, hos de regum ſingulorum edoctos proſapia ac ſtirpe, & Procerum ritibus, armorum etiam uſu, dicendique arte exercitatos, regio ornatu in alias provincias dimittunt, eo conſilio, ut ſeſe regum filios ementiti, per commendationem ſpeciemque nobilitatis conciliata mutui nomine pecuniâ, bene nummati ad ſe revertantur. Itaque locus is tanta eſt apud Iaponios infamiâ, ut ſi quem ex ea diſciplina fortè deprehenderint, confeſtim interimant: nec tamen impoſtores idcirco ab improbitate malitiaque diſcedunt. Bonzios hoſce, de quibus Frojus hic loquitur, opinor eſſe eos, qui Neugori Bonzii appellantur, de quibus Vilela pag. 115 hæc habet: Cacubau Bonziorum eam inſtituit formam, qui Neugori nominantur, quorum alii precibus vacant, alii militiæ, alii quinis quotidie ſinguli perficiendis ſagittis. Arma verò ſemper habent parata, principemque familiæ ſuæ Cacubau in Deorum nume-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

numero venerantur. Rectorem, cui pareant, habent nullum. Viribus namque certatur, & quanquam in conſiliis, qui ætate præeunt, priores ſententiam rogantur, ſuffragiorum tamen jura uſque adeò promiſcua ſunt, ut quod reliqui omnes communi ſententia decreverint, unus modò ſi interceſſerit, prorſus impediat. Itaque ad unam eandemque deliberationem toties convenitur, quoad planè diſſentiat nemo: Idem Frojus eadem epiſtolâ, ubi de bello & obſidione Meacenſi anni M D LXI. loquitur, hæc narrat: Cognitâ urbis obſidione, patruus Regis confeſtim ei cum exercitu in ſubſidium venit: huic obviam iêre ex altera parte Neugori Bonzii, qui hominum ordo quandam militiæ Rhodiæ ſpeciem refert. Caſtris igitur Meacum inter & Sacajum locatis, crebra prælia committebantur, ita tamen ut res Bonziorum ſemper eſſet ſuperior: denique vigeſimo die, cum ad univerſam dimicationem ventum eſſet, Regis patruus victus, quoddam in caſtrum confugit. Rex autem Meaci, ejus rei nuntio audito, ſe in arcem recepit, urbe (Meaco) deſerta, quæ ab hoſtibus capta (Bonziis), rapinis incendioque vaſtata eſt. Iidem ſecuti victoriam, ſignis ad caſtrum, de quo diximus, mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tis, patruum Regis, ejuſque copias omnino delere paraverant: cum Rex Meaci exercitu viginti millium hominum quàm occultiſſimè inſtructo, & ingenti flumine ſuperato, hoſtes nec opinantes tanto impetu oppreſſit, ut cum eſſent ad hominum triginta millia, fuſi fugatique ſint, quos Rex deinde conjunctis cum patruo viribus fugientes Meacum uſque inſecutus, tantâ ipſorum cæde urbem recepit, ut multos in annos ea victoriâ debellatum eſſe exiſtimetur. Sic itaque Bonziis hoc bellum ſucceſſit: ſed majori longè clade res eorum affectæ ſunt à Nubunanga, qui circa annum ſexageſimum uſque ad ſeptuageſimum quintum ſeculi decimiſexti poſt natum Chriſtum potentiſſimus Regum fuit, cum Bonzii illius adverſas partes ſecuti eſſent, ipſe verò omnes religiones contemneret. De hoc Frojus p. 245 ita: Contigit anno ſuperiore, ut gravi bello inter Nechienis Regem & Nubunangam exorto, illius copias Bonzii tecto & commeatibus juverint: Nubunangam verò præter cæteras injurias etiam tranſitu prohibuerint. Quâ re ille majorem in modum offenſus, fremenſque, pactis cum hoſte induciis, in regnum Voaris rediit: ac primùm Bonzios ejus regionis Icoxos (qui dicuntur) caſtellis

omni-

nnibus exuit, & quotquot vivos vel
ipſis, vel etiam ex eorum populari-
is capere potuit, omnes cruci ſuffixit:
inde aucto exercitu, victricia ſigna
pente ad Frenojamam ira ſtimulante
nvertit. Tum primum temerarios
cademicos & omnia ſibi ſecunda pol-
citos verus belli terror invaſit, pœni-
itque laceſſiti Nubunangæ, cumque
viribus longè inferiores cernerent,
iſſis legatis, magno primùm auri pon-
ere, deinde loci religione, metuque
uminum placare conati ſunt Regem,
hibus ille cum reſpondiſſet; nec ſe pe-
niæ cupidum, ſed vindicem ſcelerum
ultorem injuriarum adeſſe, nec ina-
ium Deorum ulla terreri formidine.

Tum illi, ut in re trepida, contra ho-
ium impetus omni ratione ſe compa-
nt. Erat in ipſo montis vertice tem-
ium Quanoni dicatum, quem Deum
el Dæmonem potius miro cultu vene-
tur toto Iapone cœca gentilitas, plu-
mique mortales votiva peregrinatio-
e ſuſceptâ eodem aſſiduè confluebant,
uod perſuaſum haberent, ab illo &c.
illud montis cacumen & Bonzii & è
roximis pagis promiſcua turba ſeſe re-
ipiunt, ſtationibuſque diſpoſitis, ho-
em ex eo loco prohibere conſtituunt.
t Nubunanga Sacomoro & Catara vi-

 cis

cis cum incolarum internecione ince
ſis everſiſque, montem ipſum Frenoj
mam, ne quis è numero Bonzioru
elaberetur, coronâ circumdedit: dei
de inſtructum exercitum in eos adver
clivo ſubmiſit: reſtitêre aliquandiu
ſuperiore loco Bonzii: urgente de
multitudine hoſtium, effractiſque clau
ſtris & ſuperatâ munitione, trucida
ferè omnes ac ſimul, injectis maxim
ac nobiliſſimo templo facibus, ea to
moles horribili prorſus, incendio to
conflagravit, atque id ipſo die feſt
Michaëlis Archangeli tertio Calend
Octobr. Poſtridie verò Nubunanga cir
cummiſſo milite, latitantes ferarum in
ſtar Bonzios, qui prælio ſuperfuerant
protractos è dumetis aut ſpecubus in
teremit. Sub hæc domus eorum dire
ptæ, fana plus CD cum omni ſacrorum
inſtrumento pariter concremata: in
gens omnibus circa nationibus terro
incuſſus. Paulò poſt Frojus ſubjungi
hæc: Germani duo fratres erant in urb
Meaco, tum genere tum divitiis clari, ii
demque Xacæ cultores egregii. Natu
major, nomine Taquenus Vehiſa Mido-
nus, Evangelii progreſſum & collaben-
tem Deorum ſuorum exiſtimationem
incredibili quodam animi dolore cum
cerneret, fretus cum ſuis opibus tum
gratiâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tiâ principum, novam Xacæ ſectam
dere aggreſſus eſt, jamque repudia-
conjuge, mentoque & capite raſo,
nziorum habitum & cultum indue-
, cum ad illum adjungere ſe dæmo-
inſtinctu cœpere complures: quibus
magno ſumtu amplum cœnobium
truebat (numerus enim diſcipulo-
n ad CD aſcenderat) concionibuſque
ne quotidianis populum contra
riſtiana ſacra legeſque miris artibus
itabat, ſed cùm illum tantis debita
leribus ultio divina maneret, ac-
it aliquando, ut intemperantia lin-
æ provectus præſente Cubo Nubu-
ngam Regem dictis amaris haud ob-
rè perſtringeret, affirmans illum jam
ſummum potentiæ culmen evectum,
itius in eo faſtigio ſtare non poſſe,
in rueret, vel certè quaſi matura vel
tius vieta ex arbore bacca decideret.
uibus temerè jactis, non defuêre con-
tim, qui ad Nubunangam cuncta de-
rent: quibus ille auditis, univerſo
onziorum generi multis jam ante no-
inibus infenſus adeò excanduit, ut
regnum ſuum Voaris Meaco dece-
ns, comprehenſum novum hæreſiar-
am & equo impoſitum, quamvis ma-
opere deprecante Cubo aliiſque pro-
ribus, quindecim à Meaco leucis in
ipſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ipſo itinere ſecuri percuſſerit: ad h
liberi, everſis & ſolo æquatis domi
eorum, & cœnobio nuper ædificari c
pto, in exilium acti ſunt. Idem Fro
p. 257 in epiſtola ſcripta anno M.
LXXIII. de eodem Nubunanga hæc h
bet: Præter Frenojamenſem, quam
Rex funditus evertit, aliæ ſunt eti
Bonziorum Academiæ. In iis & lon
ſexcentorum annorum pace, & va
opibus ad omnes deliciarum uſus
congeſtis, in primis clara celebriſq
fuit ea, quam patrio nomine Facuſa
gin appellant. Multa viſebantur i
cœnobia Bonziorum, & ſeparatæ pr
terea ipſorum ædes numero mille quà
ornatiſſimæ, commodiſſimæque.
horum quoque Bonziorum pernicie
intentus jam diu Nubunanga, ſuſtin
bat tamen ſe, dum aliqua ſe offerret ca
ſa probabilis. Ea ut apparuit, quipp
præda, quam è regno Voaris quidam
hoſtibus ejus abegerat, apud hoſ
Bonzios depoſita & cuſtodita. Enin
verò ille nihil cunctandum ratus, po
factas cum Cubo inducias, confeſtin
cum exercitu venit illuc, multiſque in
cenſis ædificiis, & cunctâ illâ Bonzio
rum gaza direpta, egregiè ſuas injuria
ultus eſt. Ac vide quàm non diſſimulan
ter factis dictiſque Iaponicæ ſuperſtitio
ni

ejuſdemque cuſtodibus bellum indi-
rit.
Xinguen eſt Rex Cainochuni, qui
re in exilium pulſo per vim, fratre
tem natu maximo in cuſtodiam in-
ſo, regnum invaſit, inſano Deorum
ltui uſque adeo addictus, ut poſt adi-
n regni poſſeſſionem, barba & capillo
ſito, ſe in Bonziorum ordinem ad-
ibi voluerit. nec ſolùm eo habitu &
la ornatus incedit, ſed etiam ter quo-
ie ſacris operatur, ſexcentos ad eam
n ſecum trahens Bonzios. Is per cau-
n inſtaurandæ Frenojamæ, & diruta
ianonis templa reficiendi coacto ex-
citu, & aliquot locis dolo magis ac
ude, quàm vi aperta occupatis, an-
titem ſe & aſſertorem profitetur avi-
religionis: & ſibi jactat eſſe propoſi-
m, in ea tuenda colendaque vincere
cam ipſum, fama ſanctimoniæ cele-
rrimum. Idem cum ante aliquot
enſes dediſſet ad Nubunangam literas
m arroganti inſcriptione: Tandaino
axu, Xamon, Xinguen, hoc eſt, ſum-
us in domicilio Regum, religionum-
ie Xinguen; viciſſim illi reſpondit hic
ter cum horrendo planè ſui nominis
tulo: Dainoquu, tennomavon, Nubu-
anga; id eſt, Nubunanga domitor dæ-
onum, hoſtis oppugnatorque ſecta-
m.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Nec ſanè falsò: pergit enim dia
licos hoſce ritus & nefaria ſacra
omnia, quibus Iaponii mirum in m
dum ducuntur, & ſacrificulos om
nan modò palam irridere atque c
temnere, ſed etiam deteſtari & om
conatu delere, ut non immeritò ab I
ce neophytis flagellum divinæ juſti
nominetur: nec deſunt, qui eunde
(licet nondum id apertè præferebat)
timis tamen ſenſibus eſſe Chriſtian
exiſtiment. Hactenus Frojus. Cæter
de Nubunanga magis optanda qu
vera fuit opinio quorundam. Nec
enim talia in Bonzios machinatus
Chriſtianæ rei ſtudio, ſed exſecra
quodam omnium religionum ac ſup
ſtitionum odio, ut Maffeus ait ſeque
tium temporum edoctus hiſtoriis. V
de etiam non multò poſt illum furore
tempore à conjuratis eſt interemtus,
beri ejuſdem aut pulſi, aut occiſi.
iſta tamen clade Bonzii priſtinam d
gnitatem & divitias hactenus non r
cuperavêre, præſertim cum Religion
Chriſtianæ Introductio non min
quàm Nubunangæ tyrannis illorum v
res labefactaverit, ut in ſequentib
dicetur.

CAP. III.

De Templorum Structura.

QVæ de ſacris Ædibus Iaponenſium apud autores reperi, ea in pecu-re capitulum conjicere volui, ut uno dine legi poſſent & cum Europæis ificiis conferri. De phanis in urbe ara (diei unius itinere à Meaco di-nte) ita loquitur Almeida in epiſt. d. p. 178. Nobiliſſima phana ſunt et-n, quorum unum, Cobucui nomine, ſt concionem ad neophytos habitam ivimus. Ejus propylæa triplici con-nt atrio cum totidem periſtyliis. In imo aditu egregii ſunt operis lapi-æ ſcalæ, quibus in ſummis ad poſtes nuæ, Coloſſi duo præclarè facti cer-ntur, clavas quaſi cuſtodiæ cauſa te-ntes. Poſt tertium denique periſty-um, templi ſeſe facies aperit. In id adibus item lapideis artificiosè factis cenſus eſt. Valvas coloſſæi leones duo ſtodiunt. In medio templo, Sedentium bitu, ſeptenûm cubitorum tria ſigna nt poſita, Xacæ & filiorum, latera ſius cingentium. Pavimentum omne t è quadrato lapide. Sed miraculo æcipuè ſunt columnæ ſeptuaginta ce-rinæ diametro & altitudine planè vi-ſenda

ſenda, quarum ſingulas Caxarum ce-
cies, hoc eſt, aureorum quinque circi-
millibus conſtitiſſe, codices & ratio-
templi teſtantur. Eas cum reliquis p-
rietibus valdè jucunda miniati ope-
pictura veſtit. Tectum eô, quo dice-
mus, tegulæ genere affabrè & variè
queatum, ad ulnas quatuor porrigi-
extra parietes, mirum ut videatur, ta-
tæ molis procurrens pondus ſuſtineri
ſuſpendi poſſe. Ad templi latus cœna-
Bonziorum ſanè magnifica, & eade-
quâ templum ipſum, ſtructurâ atq-
operis firmitate, ulnas in longitudine
quadraginta, duodecim in latitudine
extenditur. Dormitoria porrò cubic-
la in duos diviſa ordines centum
octoginta numerantur. Multi præt-
rea & perampli ſunt Oeci, quoru-
unus penſilis, columnis quatuor & v-
ginti, ulnæ unius & dimidiatæ ambi-
ſuperimpoſitus, bibliothecam contin-
Bonziorum, tanta quidem libroru-
copia, ut vel feneſtras ipſas obſtrue-
propemodum videantur. Balnea pr-
terea & cellæ in uſus domeſticos
promtuaria viſuntur artificioſiſſimè el-
borata. Iam verò culinæ quanta mu-
dities, quod id Iaponiorum omniu-
commune eſt, nihil attinet dicer-
Ahena quibus aqua ad potandum cal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

t (frigidam enim neque hyeme neque
æſtate bibunt) ulnæ altitudine, duorum
digitorum craſſitudine, oris ambitu ul-
narum trium, ſtant ex ære puriſſimo:
culinam rivus præterfluit. Totâ nocte,
ut in magnis ædibus (conclavia nume-
rantur minimum quatuor & viginti)
laternæ collucent. Ab hujus templi ædi-
ficatione ſexcenteſimus jam annus eſt.
Stagnum habet ante ſe ulnarum in om-
nem partem circiter quinquaginta, ple-
niſſimum piſcum, gravi pœna propoſi-
tâ, ſi quis eos attigerit. Inde ad Caſun-
gæ delubrum acceſſimus dicatum ido-
lo, à quo divitias, honorem, vitæ diu-
turnitatem, & quicquid in hoc ſeculo
eſt optabile promiſſum ſibi cultores ina-
ni ſpe deluſi, miſerandum in modum
exſpectant. Itaque magna in veneratio-
ne & honore apud Iaponios eſt. Ad-
euntibus pratum occurrit primùm, ad-
ſpectu grato, herbâ non ultra dimidium
palmum excreſcente. Vt propius ven-
tum eſt, duplex apparuit ordo pilarum
è lapide quadrato cum baſibus, laternâ
ſuperimpoſitâ ligneâ nigricante cum
emblematis ex aurichalco inauratis,
cœlatiſque magnificè, & lapideo te-
gmine turbinato ad flatus arcendos ac
pluvias. Aliæ erant laternæ è ſolido me-
tallo, item auro coopertæ, opere admo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

dum ſumtuoſo. Ex utraque parte ſta
quinquagenæ, quarum ſingulæ om
bus ardent noctibus. Media autem
la nomen oſtentat aureis literis inciſu
ejus, qui delubro laternam quamq
dicaverit, annua pecunia in uſum pe
petui luminis attributa. Tum inge
domus Bonziarum exſurgit nobiliu
fœminarum, quæ annum egreſſæ qui
tum & quadrageſimum, ſeſe delub
miniſterio mancipârunt. Student cu
tui corporis, ornatu ſerico, & maxi
peregrinorum ex toto Iapone religion
cauſa aſſiduè confluentium, levand
ſiti dant operam (in paranda Tſia,
opinor.) Ex hac Bonziorum domo, po
ticus admodum pulchra ad uſque adi
ta pertinet phani, quo nemini patet i
greſſus, niſi qui ipſius loci antiſtit
ſunt, quorum vidimus aliquot intra ſ
dentes togis amplis è ſerico indutos t
ctoſq; capita pileis plus dodrantem alt
In eam autem porticum nummi jacta
turà populo. Allud eſt in eadẽ ſylva d
lubrum, quod Fachimanum appellan
ſimile cœteris, niſi quod laternarum e
etiam pretioſior cælatura, & auri ma
jor copia. Circa eſt atrium candido
nigro ſtratum lapillo, modicis conſ
tum malis, ordine certo diſpoſitis, ma
gnitudine pari, in ſingulis intervall

va

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ſe lapideo collocato, quod fruteta
ntinet, altitudine haud ſupra binos
adrantes, jucunda roſarum & florum
rietate commiſta. Inde, quod re-
untibus domum, minus erat, devium,
anum inviſimus aliud extra nemora
ſitum, conſecratum idolo Daibur,
æ vox magnæ ſanctitatis denotat vi-
m. Hujus phani frons januas habet
es, ſed unam præcipuam: atrii verò
era ſingulas, altitudinis atque ampli-
dinis omnes miræ. Patet autem
rium id quadrata forma ulnas omni-
ſexaginta, quoniam ejuſmodi eſt
ud Iaponios ædificiorum & publicè
privatim ratio, ut quanta cujuſque
enſura ſit, primo ſtatim intuitu intel-
gas. In ejus atrii medio eſt phanum
nas longum quadraginta, triginta la-
m. Scalæ & pavimenta ex ingenti
adrato lapide: ubi portam intraveris
aximam, duo ſeſe oſtentant coloſſi,
ajoris etiam formæ, quam quos an-
a diximus. Duo prætereaſtant jani-
ores ad latera, truci admodum aſpe-
u, ulnarum quatuordecim altitudi-
is, inſtar turrium, membris inter ſe
ræclarè convenientibus, alter Tamon-
ea dicitur, alter Beſamondes; quorum
ngulos uni cœlo præeſſe vulgus opi-
atur, calcantque pede ſinguli dæmo-
 nem.

nem. In medio autem templo tria
dent ſigna: Canon & Xixi, parent
Xacam interlocant. Xacæ ſtatua ex a
cyprio in ampla & pulchra quieſc
roſa, quatuordecim ulnas latitudi
obtinet: reliquæ duæ novenas, ligne
ſed omnes auro affabrè admodum in
ctæ, radiis tanta claritate micantib
ut intuentis aciem pœne perſtringa
Poſt hæc alia duo ſimulacra cernunt
Homocondis & Zojolis (quibus eti
cœlorum præfectura vulgò tribuit
ſuperioribus omnino ſimilia. Porrò
utraque templi parte pulpitum cer
tur. Ea eſt quadriforis manſio, parie
bus duarum ulnarum altitudine. In
rius alia eſt ejuſdem formæ domuncu
in ejus medio ſtat cathedra eximiæ m
jeſtatis. Totum verò ſuggeſtum par
ambit operis egregii porticus, tri
dodrantium latitudine. Iam verò lac
naria templi columnæ cedrinæ ſuſ
nent octo & nonaginta, miræ altitud
nis, æqualiter teretes, ambitu ulnaru
trium & ſemis. Templi conditi ſepti
genteſimus annus eſt: Annis viginti e
ſtructum perhibetur fuiſſe: idem an
abhinc quadringenteſimo conflagr
vit, ac reſtitutum eſt denuo, ſed nequ
quam pari magnificentia materiæq
præſtantia, quod ipſum indicant lap
de

æ columnarum baſes ex incendio re-
tæ, quarum amplitudo longè majo-
n columnarum formam poſtulare li-
idò cernitur. Iam verò extra peri-
lium templi, turris lignea firmo ad-
odum opere ingentibus triginta pilis
poſita, tintinnabulum ſeu campa-
m ſuſtinet æneam tantæ magnitudi-
, ut eam dimenſus præſente me neo-
ytus quidam, ulnarum os duarum,
ambitum, trium & ſemis altitudi-
n, æris verò ipſius craſſitudinem do-
antis unius dimidiatique compere-
. Suaviſſimum edit ſonum, exaudi-
que longiſſimè. Hactenus Almeida.
quodam phano urbis Meaci, Frojus
202 ita: Circa Meacum in patentibus
mpis plurima ſunt idolorum phana, è
ibus adii Chriſtianorum ductu non-
lla: in iis quoddam eſt Amidæ ſa-
m ab urbe quatuor ferè paſſuum
llibus, à priſcis Imperatoribus con-
um ac ſubinde renovatum, longitu-
e ulnarum centum circiter & qua-
ginta: ingentes habet valvas in me-
. Ingredientibus objicit ſeſe ſugge-
s, in quo Brachmanis habitu, perfo-
is auribus, mentoque & capite raſo
gens Amidæ ſtatua conſidet, ſupra
tuam quaſi pro umbraculo pendent
cepta catenis multa magnaque tin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tinnabula: circa, ludentium ſpecie
ginta cernuntur milites, ſtrictis telis
mati, ſaltantes æthiopes, anus ven
ca, dæmoneſque teterrimi: effingi
etiam certâ quadam imagine vent
horrificoque aſpectu tonitrua: adh
ſepteni gradus ad templi totius longi
dinem porriguntur: in iis ordine ce
diſpoſitæ unius Canonis, Amidæ fi
imagines omnino mille, hinc i
quingenæ, eadem omnes formâ,
venuſto, egregiè factæ, tricena brach
totidemque manus oſtentant, è quib
duo tantùm ad reliqui corporis mag
tudinem apta proportione conveniu
cætera parva ſunt, duo etiam lumb
præcingunt. Singulæ porrò ſtatuæ b
tenent jacula, pectus inſignitæ ſep
nis hominum vulticulis, corona cap
impoſita cum diademate radian
Sunt autem cuncta ejus templi non n
do ſimulacra, ſed etiam quæ dixim
tintinnabula, & ipſæ catenæ magna c
ryzi auri copia ſcitè admodùm ab i
ad ſummum uſque verticem intecta
ut fulgorem intuenres oculi ferre
poſſint, locus eſt celeberrimus, mu
que eò longinquis è regionibus relig
nis causâ confluunt. Inde paſſuum
tervallo duûm circiter millium in ſu
mo colle ingentia tria lignea temp

lign

gneis item columnis mirâ craſſitudi-
e ſuſpenduntur, infimo pavimento
rato laterculis lævigatis. In eorum
no coloſſæum immanis magnitudinis
acæ ſignum, ſingulas habet ad dex-
am lævamque ſtatuas paulò mino-
es: à tergo autem quoddam quaſi fo-
um exſurgit, ex quo ſigillorum unius
almi duo circiter millia prominent,
fanteſque præterea bimi ferè quadra-
inta, denique latus utrunque templi,
paris armati dæmones bini cuſtodiunt:
æc autem aurata ſunt omnia. Alterum
ſt templum probandis & laureâ do-
andis ſcholaſticis &c. Pag. 73 Almei-
la ita loquitur: Templum eſt excelſo
oco, lucoque denſo, & ad aſpectum
ucundo. In id aſcenditur gradibus,
quibus in imis ſtagnum eſt aquæ, nu-
dis pauperum pedibus abluendis, non
ſuperſtitione vel cæremonia ſed ne tem-
pli cataſtromata calcata commaculent.
Idolis colendis optima loca diligenter
exquiruntur.

Caronius de templis hæc profert: Multa templa & phana in Iaponia conſpiciuntur, ita ut fidem ferè ſuperet eorum numerus, ampliſſima habitantur à viginti ſacerdotibus, reliqua à ſedecim, quindecim, & duobus, ſingula nempe pro magnitudine. Abutuntur

autem illis Iaponii ad epulandum comeſſationes. Sunt enim exſtructa pl raque in jucundiſſimis & amœnis co libus, arboribuſque cincta, atque in il ſe conferunt quando in agros exſpatia tur animi recreandi causâ, nec veren tur in conſpectu ſuorum Idolorum ſacerdotum, qui & ipſi egregii ſunt po tatores, omnia talia peragere, qualia i compotationibus fieri conſueverun imò conſtuprationes & ſcortatione palàm ibi exercentur, quæ omnia Sacer dotes ſine aliqua indignatione aſpi ciunt. Hagenerus addit in Notis hæc Conſpeximus aliquot eorum phana, i nullis autem talia Idola, qualia Chi nenſium ſunt, vidimus, ſed in omnibu tres ſtatuas viriles diademate ornata quaſi Reges eſſent: tres quoque fœmi narum affabrè factas, membris juſta proportione efformatis, colore candido ad ſplendorem uſque. Extra urbem Oſacka quinque vel ſex phana cernuntur, ante quorum januas ſtatuæ ligneæ inſigni altitudine, ut gigantes referrent, conſiſtunt, quædam ex illis arculam tenent, in quam à Iaponiis nummos cupreos, dictos Caxas, immittere vidi. Erat quoque hic parva ædes, per quam fluebat aqua celeri curſu: in hanc pauperes quædam mulierculæ conjicie-

bant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

unt ſchedulas papyraceas, in quibus
iquid perſcriptum videbatur.

CAP. IV.

De Diebus Feſtis.

tſi tribus tantùm diebus quolibet
anno conciones haberi in Iaponia à
perſtitionis Iaponicæ ſacerdotibus,
aronius referat, tamen in præcedenti-
us ex Ieſuitarum ſcriptis frequentiores
ſe diximus, & Caronii verba vel de
hibuſdam tantùm locis uni ſectæ ad-
ictis vel de ſtatis & ordinariis diebus
ccipienda ſunt: Præter illas concio-
um dies multas quoque annuas obſer-
ant feſtivitates. De his Vilela in epiſt.
90 ita fatur: Primùm Auguſto menſe
oncelebrant ludos, quos vocant Gibon
quæ vox hominem ſignificat) quod il-
ludi homini ſacri eſſe dicantur, quo-
m ejuſmodi eſt ratio. Primùm in ur-
is vicos, opificumque collegia deſcri-
unt pegmata excogitanda, molienda-
ue: inde ubi feſtus dies advenit, veluti
l ſupplicationem coit populus. Agmen
urrus quindecim vel viginti præce-
unt, ſericis pretioſiſque tapetibus coo-
erti: in iis pueri multi pſallentes vel
mpana pulſant, vel tibiis concinunt.
ingulos autem currus hominibus tri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

cenis aut quadragenis impulſos ſu
quemque artificum turba ſectatur.

Alia deinde ſequuntur vehicula ho
minibus armatis inſtructa, ſericis iter
variiſque priſcarum rerum monumen
tis ornata.

Hoc ordine pompa delubrum præter
vehitur: cujus delubri ea celebritas eſt
quâ in re matutinum tempus omn
conſumitur. Sub veſperam inde bin
lecticæ prodeunt, altera illius quem co
lunt Dei, lecticariis ita compoſitis, u
præſentis Numinis pondere valde fa
tigari premique videantur: alteram
ajunt eſſe amicæ cujuſdam ipſius, ne
que ita multò poſt, tertia lectica uxo
ris juſtæ geſtatur, cui ſimul ac maritu
per nuntium ſignificaverit, ſe unà cum
pellice adventare: lecticarii ſtatim hu
atque illuc lymphati diſcurrunt: ita
que uxoris zelotypiam inſaniamqu
ſignificant. Hic populus magna edi
ſigna doloris atque mœſtitiæ: ploran
multi, multique ad conſolandum Dea
animum poſitis genibus eam ſupplice
venerantur: denique lecticæ conjuncta
ad phanum redeunt, atque ita ludi
finis imponitur. Neque ille minus mi
ſerabilis error eſt. Eodem Auguſto
menſe biduum tribuunt colendis Mani
bus mortuorum. Sub imminentem no

ctem

ctem in ædium foribus lampadas multas accendunt vario genere picturæ & ornatu: inde urbem totâ nocte perambulant, alii religionis, alii etiam ſpectandi cauſa: magna etiam populi vis, cum adveſperaſcit, ex urbe adventantibus (ut illi videlicet opinantur) ſuorum Manibus obviam prodit. Vbi quendam ad locum perventum eſt, quo loco ſibi eas occurrere arbitrantur, humanis primùm verbis excipiunt: Felix (inquiunt) fauſtuſque ſit veſter adventus. Iamdiu aſpectus veſtri fructu caruimus: conſidete parumper, ciboque vos ex itineris defatigatione reficite. Tum oryzam, poma & alios apponunt cibos: quibus ea per inopiam non licet, ii aquam calidam ſecum afferunt: ibique totam horam morati, quaſi finem epularum exſpectent, precibus eos in ſuas domos invitant, ajuntque præcedere ſe, domus inſtruendæ cauſa, parandique convivii. Vt biduum illud effluxit, accenſis funalibus oppidò plebs egreditur, lumina diſcedentibus præferens, ne ſcilicet in tenebris offendant, aut quopiam incurrant: inde in urbem reverſi, ædium tecta lapidationibus diligenter excutiunt, ne qui forte ex Manibus (à quibus nimirum aliquod ſibi metuunt damnum) occultè remanſerint:

rint: tametſi eos miſerantur nonnulli, quod parvulos dicant eſſe, &, ſi forte eos in itinere imber oppreſſerit, extingui miſellos. Interrogati Iaponii, cur illis epulum præbeant, reſpondent; eos ad paradiſum tendentes ſuum, qui abeſt leucarum decies millies millena millia, quod iter non minus quàm triennio conficitur, feſſos è via, recolligendarum virium cauſa huc divertere. Per eos etiam dies omnia ſepulchra diligenter purgant: Bonzii autem videlicet regnant. Nemo eſt enim re familiari quamvis exigua, quin ad expiandos ritè ſuorum Manes, Bonziis munus aliquod afferat. Idem Vilela pag. 93. Anniverſaria illius diei (quo Combadaxis, unus ex Divis Iaponiorum ſe intra ſpecum abdidit) ſolennia, mirum quantâ remotarum etiam nationum frequentia celebrentur. Et pag. 94. Feſtos ejus (primi autoris ſectæ Icoxos) dies quotannis ita conferta populi multitudo concelebrat, ut in ipſo cœnobii aditu, cum fores aperiuntur, obtriti aliqui ſemper intereant; quibuscum ita præclarè agi putatur, ut nonnulli religionis cauſa ſeſe pedibus irrumpentium ultro calcandos necandoſque ſubſternant. Nocte autem, oratio de laudibus ejus dum habetur, tanta auditorum comploratio

ratio

atio oritur, ut ſi publicè magnum aliquod incommodum ac vulnus eſſet acceptum. Quod itaque Vilela de autore ſectæ Icoxuanæ ſcribit, idem quoque de reliquarum ſectarum autoribus intelligendum, nimirum & in illorum honorem ab earum autoribus anniverſaria obſervari ſolennia. Idem Vilela pergit in hunc modum citato loco: Iulio menſe feſtum diem agunt Daimaogini, quem excellenti ſanctitate virum, aſſeclam ajunt fuiſſe priſci cujuſdam Imperatoris. Hunc Sacajani adorant (ex urbe enim Sacajor Vilela ſcripſit epiſtolam ex qua hæc excerpſimus) templis compluribus ei dicatis, & ludos ejuſmodi faciunt. Horis pomeridianis viam urbis longam ad paſſus ducentos tranſverſis utrinque tignis ac tabulatis obſepiunt, ne plebi introſpicere liceat: tum magna hominum multitudo à tribus paſſuum millibus eò contendit. In primo agmine idolum præcedit equo inſidens, ſtrictâ ingenti machæra, pueris duobus deinceps comitantibus, quorum alter arcum ejus & pharetram, alter accipitrem gerit, pueros multæ equitum turmæ certis inſignibus diſtinctæ ſequuntur, & magna præterea peditum vis, qui voto ſeſe ei celebritati obſtrinèxre, ſaltanteſque concinunt,
Xen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Xenzairaquu, Manzairaquu, hoc eſt annos mille voluptatis, mille millen millia gaudii. Hanc turbam Bonzii primùm candidati pſallentes, deinde univerſa nobilitas, in equis, mitrata, poſtremò quinque vel ſex veneficæ magno mulierum comitatu linteatæ ſequuntur: extremum agmen claudunt ingentes armatorum copiæ ad excipiendam Daimaogini lecticam prodeuntes ad viam, quam clauſam eſſe dicebamus. Lecticam verò ipſam inauratam lecticarii ferunt viginti, qui varias cantilenas velut intercalari quodam carmine concludunt: Xenzairaquu, Manzairaquu. Eandem ſimul atque profertur in publicum, jactatâ ſuppliciter ſtipe, aliiſque ſimilibus veneratur populus. Frojus pag. 245. Deo Quanoni, Frenojamani Bonzii ſacra quotannis ac ludos ingenti apparatu, ſumtuque perſolvere ſoliti ſunt, quibus continuò in urbe Meaco Giboni ſolennia ſuccedebant eo pompæ ordine, hominum frequentiâ, commentis artificum, ut ſatis appareat, æmulum divinæ gloriæ Sathanam in iis locis anniverſariam apud nos corporis Chriſti celebritatem effingere voluiſſe. Almeida p. 188. de eodem feſto die loqui videtur dicens: Ad quæ (feſta) ut apud nos ad corporis Chriſti ſolennia, omnes

nnium ordinum homines ritu patrio
nvenire conſueverunt. Vide ibid.
ura. Frojus p. 190, ait: dies per an-
m feſtos agitant multos.
Porrò quod feſto die, emendis &
ndendis rebus abſtineant & religioni
i ducant, manifeſtum eſt ex illis, quæ
meida p. 77. ſcribit: Ex quibus etiam
manitas gentis colligitur, cum feſſus,
quit, è via, morbóque pæne confectus,
quodam ethnicorum oppido ſubſti-
ſem, tametſi nullum eſſet cibi deſide-
um, tamen ne planè deficerem ory-
m reformidans, putridaque piſcium
lſamenta (hæc enim incolarum ciba-
a ſunt) miſi qui ova coëmeret. Is au-
m mihi mox ova cum ipſis nummulis
tulit. Cauſam quærenti, reſpondit,
colas ova, quod dies ille feſtus ipſo-
m eſſet, vendere noluiſſe, quod ægro-
quærerentur, dono dediſſe.
Hagenerus in Notis ad Caronium
ec addit: Solennia ſacra pro demor-
is, quæ Iaponicâ linguâ dicuntur
om, quotannis à ſingulis ſingularum
ctarum ſacerdotibus celebrantur (in
em uſum peculiaria habent phána)
i cantantes quoſdam ſepulchrales can-
s circumeunt longa ſerie unus poſt al-
rum aliquam ſtructuram, quę formam
operti ſepulchri refert, & valde ſimi-
lis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

lis eſt ritui, quem Proceſſionem voca[...]
Romano-Catholici.

CAP. V.

De Religionis Chriſtianæ in Iaponiam [...] introductione.

QVoniam in præcedentibus falſas [...]poniorum de rebus divinis opin[...]nes, & quæ ad hanc materiam perti[...]bant, propoſuimus, reſtat ut de int[...]ducta in Iaponias Inſulas Chriſtia[...] doctrina, & quæ eam ſecuta eſt per[...]cutione, ſequenti capite pertractem[...]. Eſt enim hæc res commemoratione [...]gniſſima, cùm in nullum vel Occide[...]tis vel Orientis regnum feliciori ſucc[...]ſu religio Chriſtiana ſit importata, [...] nullo crudeliori profligata perſecut[...]ne. Etſi enim Ieſuitæ cum vero Eua[...]gelii lumine ſimul quoſdam Pontific[...] doctrinæ errores induxerint, illi tam[...] tanti non ſunt, ut ideo Chriſtiana n[...] dici debeat illorum religio, præſert[...] cum iſthic locorum maximam rituu[...] & ceremoniarum partem omiſeri[...] ſimplicemque tantùm fidem docueri[...] paucis nihilominus retentis erron[...] dogmatibus.

Capite primo libri præcedentis di[...]mus, quod anno demum quadrageſi[...]

ſecu[...]

undo ſupra milleſimum quingenteſi-
um à Nato Chriſto, primi ex Euro-
is Luſitani ad Iaponiam delati ſint.
illo tempore iidem frequentes illuc
gulis annis navigationes inſtituere
ercimoniorum & lucri causâ, cumque
ntem magnâ rerum divinarum curâ
ci cognoſcerent, ad Franciſcum Xa-
rium celeberrimum eo tempore Ieſui-
m in India, & adjacentibus Inſulis
opagandæ Chriſtianæ Religioni unà
m aliis operam navantem detulêre,
nulque quendam Iaponium, nomine
ngerum, Chriſtianæ fidei cognoſcen-
cupiditate inflammatum à Luſitanis
ercatoribus adduxerunt. Hiſce inci-
tus Xaverius anno M D XLIX poſt
hriſti natum navim conſcendit à Goa
ſcedens ad Iaponiam, aſſumtis duobus
Societate, (qui fuêre Coſmus Turria-
us, & Ioannes Fernandus, ambo Hi-
ani) & Angero, cui jam tunc bapti-
to nomen erat Paulus à Sancta Fide,
mulisque duobus Iaponiis: ſumtibus
tem Regis Luſitani. Ita enim p. 256.
ſe Xaverius loquitur: In Iaponia
iamdiu fuimus (fuimus autem annos
os & dimidiatum) facultatibus mu-
ficentiſſimi Luſitaniæ regis ſuſtentati
mus. Is enim in Iaponicam profectio-
em aureos amplius mille aſſignari no-

f bis

bis eleemoſynæ nomine imperavit: h
audiamus de tota hac re ipſum Xa
rium, qui in epiſtolis prolixè hæc en
rat: Pag. 125. ita: Aprili menſe a
M D XLVIII. (hoc enim tempore na
Malacam & Molucum petentes ex
dia ſolvunt) Malacæ mercator Luſi
nus vir magnâ religione ac fide mihi
Inſulis permagnis (Iaponiam eam
gionem vocant) nuper repertis mu
narravit: ibi in Chriſti cultu prop
gando longè plus quam in quavis Ind
parte profici poſſe, quod gens unive
ſit ſciendi cupida præter cæteras. Cu
hoc mercatore Iapon quidam ve
(Angeri nomen eſt) qui ex ſermo
cum Malacenſibus habito me conv
nire ſtatuerat. Is cum in Iaponia pro
miliaritate, Luſitanis quibuſdam int
toribus conſcientiæ ſuæ aperuiſſet vu
nera, petivit ab eis remedium aliqu
ſanandi animi, Deique placandi. Itaq
autores illi fuerunt, ut ad me Malaca
veniret. Paruit ille & in eorum co
ſcendit navem. Sed quo tempore is M
lacam appulit, ego verſabar in Moluc
Ergo ille re cognitâ domum revertit
triſtis (DCCC leucarum iter eſt.) Er
jam in conſpectu Iaponia, cum reper
exortâ tempeſtate non ſine periculo a
verſus ventus eum rejecit Malacam. I

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

e meo reditu certior factus, ſummo
hriſtianæ religionis cognoſcendæ ſtu-
io me convenit. Luſitanicæ linguæ
aud rudis eſt. Itaque ſine Interprete
nter nos agebamus. Si cæteri Iapones
militer, ut Anger, avidi ſunt diſcendi,
rofectò omnibus, quotquot repertæ
int, gentibus ingenio antecellunt. Is
um Catechiſmi explicationi intereſſet,
ccuratè ſanè Symboli capita referebat
n libellum. Sæpe etiam in templo in
œtu populi, quæ edidicerat, memori-
er recitabat, & multa acutiſſime per-
ontabatur. Octavo, quam Malacam
enerat, die, in Indiam contendit. Per-
ontatus ſum ex Angere, quem dixi,
trum ſi in Iaponiam cum eo profectus
ſſem, cenſeret incolas Chriſti ſacra ſuſ-
epturos. Et ille, populares quidem
uos non continuo his, quæ dicerentur,
ſſenſuros eſſe reſpondit, ſed multis in-
errogationibus exploraturos, quid af-
errem religionis, maximè verò utrum
ictis facta congruerent. Quotquot huc
x Iaponia redeunt Luſitani mercato-
es, mihi confirmant, me, ſi eò trajece-
o, haud paulò melius illis in locis,
uàm in India operam poſiturum:
uippe cum futura ſit res cum natione,
uæ facile obtemperet rationi. Præſa-
ire videtur animus, me aut alium è

f 2 Socie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Societate ante biennium in Iaponia iturum. Interim Anger Luſitanam li guam perdiſcet : Indicas Luſitanoru opes, Europæorum artes, noſtramq vivendi rationem cognoſcet, ritè co parabit ſe ad Baptiſmum, mihique Catechiſmo, copioſaque de Chriſti a ventu explicatione Iaponicè verten operam dabit, ſiquidem perbene ſcril Iaponicè. Hæc Xaverius loco citat quæ etiam in Maffei libro Hiſtor. xi reperiuntur, & in vita Xaverii deſcr pta à Turſellino l. III. cap. XII. ſed pl ribus additis circumſtantiis, & qu Xaverius diſſimulavit in ſuis epiſtoli id Turſellinus expreſſè poſuit, nem Angerum illum Iaponium homicidiu commiſiſſe & ob id conſcientiæ ſtim lis, inimicorumque telis pariter exag tatum fuiſſe, atque remedii quæren cauſa ad Xaverium in Indiam veniſſ ſive id ad effugiendam inimicorum ſuo rum vim fecerit. De baptiſmo Ange idem Turſellinus c. XVI. l. III. ita : P eos dies Anger ille Iapon quem à X verio Goam præmiſſum diximus, ſat jam Chriſtianis myſteriis eruditus, a Epiſcopo baptizatus eſt cum ſervis duc bus, & collegii nomine Paulus Sanct Fidei appellatus. Maffeus autem l. xi ait ab ipſo Xaverio Angerum ſacro in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

nctum eſſe latice cum famulis, quo-
m alter Ioannes, alter Antonius no-
inati ſint. Sed redeamus ad Xaverii
iſtolas. In ea, quæ ad Ignatium Lo-
lam autorem Societatis ſcripta è Co-
no eſt anno MDXLIX die XIX Kal.
br. hæc habet: Cum in his locis mea
era minimè ſit neceſſaria, cumque ex
oneis autoribus cognôrim, Iaponum
gionem eſſe Sinis adjacentem, cujus
colæ omnes ethnici ſint, à Saracenis,
dæiſque prorſus intacti, novarumque
rum tum divinarum tum naturalium
idiſſimi, eò quàmprimùm contende-
ſtatui. Hoc ego iter ſuſcipio magnâ
imi mei voluptate, majore ſpe, quod
nè confidam, in illa natione noſtri
oris fructus ſolidos ac perpetuos fo-
. In Goano Collegio, cui à S. Fide no-
en eſt, tres alumni ſunt Iapones (An-
rus & duo ejus famuli) qui eò mecum
alacâ ſuperiore anno venerunt. Mira
Iaponia narrant. Adoleſcentes ſunt
timis moribus, acerrimo ingenio,
ulus inprimis, qui benè longam ad
mittit epiſtolam. Is octo menſium
atio legere, ſcribere, loqui Luſitanicè
rdidicit: nunc uſitatis meditationi-
s haud ſanè inutiliter exercetur. Re-
ionis myſteriis eſt imbutus ſatis. Ma-
am in ſpem venio, Deo adjutore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Chriſtianos in Iaponia factum iri qua
plurimos. Equidem primùm eorum R
gem, deinde gymnaſia & Academ
adire conſtitui, magno (ut ſpero) cu
quæſtu animorum. E ſociis unum
mnino Europæum ducere mecum c
gito Coſmum Turrianum Valentinu
qui hic ſe ad Societatem noſtram co
tulit, ac præterea tres illos Iaponi
quos dixi, adoleſcentes. Proficiſcemu
Deo approbante, Aprili menſe pro
mo. Abeſt Iaponia ab urbe Goa leuc
amplius MCCC. Idiotam autem fui
Angerum illum, teſtatur ipſe Xaveri
p.153. Mandantur, inquit, Iaponum r
ligiones literis quibuſdam reconditis
vulgo ignotis, quales apud nos ſunt L
tinæ. Quamobrem Paulus (ante Bap
ſmum Angerus) homo idiota, &
ejuſmodi libris planè rudis, negat ſe h
bere quid de patriis religionibus dic
Idem p.149. reperitur. Porro de Ang
& duorum ejus famulorum pieta
p. 172. prolixè agit, inter alia hæc p
nit, ex quibus colligere promtum e
non tam ſuperſtitionibus Pontifici
quam ſimplicis fidei cognitione imb
tos eſſe neophytos. Quoniam, (ver
ſunt Xaverii) apud nos legere & ſcrib
re didicerunt, precationes ex ſcript
recitant ſanè diligenter. Percontan
mih

hi, in quo potiſſimum genere media-
nis reperirent ſenſum guſtumque pie-
is ? in Chriſti cruciatibus, atrociſſi-
que nece reſponderunt. Itaque in
nc lectionem, meditationemque præ-
uè incumbunt. Symboli Apoſtolici
pita, cauſas, cur Dei filius humanita-
ndutus, genus humanum ab interi-
vindicarit, cæteraque Chriſtianæ re-
ionis myſteria per otium eis tradidi-
us. Interrogati à me ſæpius, quod
ndem inter Chriſtiana inſtituta potiſ-
num ducerent, ac maximè ſalutare,
mas ſemper detulerunt Confeſſionis
Euchariſtiæ Sacramentis.

Pag. 173. His comitibus, pridie Ka-
ndas Iunias anno poſt Chriſtum na-
m MDXLIX perveni Malacam. Vix
avi deſcenderam, cum Luſitanorum
ercatorum literas ex Iaponia accepi,
quibus agnovi, principem quendam
poniæ virum fieri velle Chriſtianum.
que legatos ab eo ad Prætorem Indiæ
iſſos cum mandatis, ut aliquot noſtræ
cietatis homines poſtularent Chri-
anæ legis magiſtros, &c. Pag. 178.
pones comites mei ſic mihi denun-
nt fore, ut Bonzii (hi ſunt in Iaponia
crorum antiſtites) offendantur, ſi nos
derint carne aut piſcibus veſci. Proin-
nobis fixum ac decretum eſt, citius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

perpetuam inediam perpeti, quam
juſquam incurrere offenſionem. Co
firmat gubernator navis, nos Augu
ferè medio in Iaponiam perventuros

Navigationem hanc ſuam à Mal.
in Iaponiam ipſe Xaverius plenè deſc
bit epiſt. v. l. III. hunc in modum:
Iaponiam divino Numine obſecunda
te appulimus menſe Auguſto, cùm M
laca ſolviſſemus ipſa Natali S. Ioan
Baptiſtæ die. Navigio vecti ſumus E
nici mercatoris Sinæ, qui Malace
Præfecto nos in Iaponiam tranſmiſſ
rum promiſerat. Ac Dei beneficio
cundis ſanè ventis uſi ſumus. Verù
(ut in barbaris perfidia dominatur) N
varchus mutato conſilio, omittere I
ponicæ navigationis curſum cœpit,
temerè in occurrentibus inſulis tere
di temporis gratiâ commorari. Du
erant, quæ nos præter cætera moleſti
ſimè ferebamus: primùm quod ſecu
diſſimo vento divinitus oblato abut
remur, qui ſi defeciſſet, nequaqua
poſſemus Iaponicum curſum tener
ſed in Sinarum finibus hyemare,
idoneam rurſus tempeſtatem exſpect
re neceſſariò cogeremur. Deinde, quo
navicularius & nautæ idolo, quod ſe
cum navi vehebant, paſſim nobis inv
tis & fruſtra impedire conantibus, ex

ſecran

ecranda facerent ſacra , ſortibuſque Dæmonem identidem conſulerent, utrum ex uſu eſſet in Iaponam pergere, necne : & ſimul exquirerent, an ſecundâ navigatione curſum tenere poſſemus ? ac ſortes (ut ipſi ajebant) modò lætæ, modò triſtes edebantur. Millia paſſuum ccc provecti ad inſulam quandam applicuimus navim, ibique materiam atque armamenta comparavimus adverſus atrociſſimas Sinici maris tempeſtates.

Inde illi ſacrificiis multis ſuperſtitioſè factis, eductiſque denuò ſortibus ſciſcitari ex Dæmone, utrum ventis ſecundis uſuri eſſemus. Forte ſors exiit, quæ ventum nobis polliceretur ſecundiſſimum. Itaque nullâ interpoſitâ morâ, ſublatis anchoris gratulabundi vela facimus. Illi Idolo ſuo freti, quod in puppi cereis & odoribus ex Aquilano ligno incenſis ſummè venerabantur : nos Deo, cœli, terrarum, mariſque Moderatore ac Ieſu Chriſto ejus filio confiſi, cujus religionis propagandæ causâ Iaponiam petebamus. In curſu cum eſſemus, viſum eſt illis rurſus ductis ſortibus exquirere ex Dæmone, num ea navis ex Iaponia Malacam incolumis eſſet reditura ? edita ſors eſt, in Iaponiam quidem eam perventuram,

ſed nequaquam reverſuram eſſe Malacam.

Tum verò illi hærere : demum omiſſo in præſentiâ curſu Iaponico apud Sinas hybernare, & Iaponicam profectionem in proximum annum differre ſtatuunt. Ergo cum lente proveheremur, ad Cocinum, Sinarum portum, duo uno die ſanè graves nobis caſus inciderunt. Nam die S. Mariæ Magdalenæ ſacro, ſub veſperam, intumeſcente fluctibus, ventiſque agitato vehementius, mari, cum navis jactis anchoris fluitaret, in ſalo, Emanuel Sina, unus è noſtris comitibus, navis jactatione prolapſus in apertam ſentinam præcipitavit. Omnes illum mortuum credidimus, quod & altè ceciderat, & ſentina aquæ plena erat. Verùm Dei beneficio mortem evaſit. A capite obrutus umbilico-tenus aliquantiſper hæſerat in ſentina. Itaque magno labore hominem extraximus graviter in capite vulneratum. Diu exanimis jacuit : ſed Dei benignitate demum revocatus eſt ad ſalutem. Sub primam hujus curationem, ecce tibi, pari navis jactatione, Navarchi filia excutitur in mare, cumque propter vim tempeſtatis fruſtra ei opitulari conati eſſemus, in parentis ipſius atque omnium oculis propter na-

vim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

im obruitur fluctibus. Ergo tanti eju-
tus, ac gemisus diem illum noctem-
ue inſequentem tenuerunt, ut ſpecies
ſſet admodùm flebilis ac miſeranda vel
b mœrorem barbarorum, vel ob no-
rum omnium periculum. Inde barba-
i ad idolum ſacrificiis ac ceremoniis
lacandum verſi, diem noctemque to-
am, nullâ quietis parte captâ, mactan-
is avibus, apponendiſque idolo epu-
s conſumſerunt. Tum navarcho, Cur
lia ſua interiiſſet, ſortibus percontan-
i, ſors editur: Si Emmanuel noſter in
entina periiſſet, ejus filiam nequaquam
uiſſe perituram. Videtis profectò, quan-
o in periculo verſaremur, &c. Cum
maris tempeſtas remiſiſſet, ſublatis an-
choris vela fecimus, & lachrymabundi
intermiſſum iter perreximus. Paucis
diebus Sinarum portum (cantonium
ipſi appellant) cum tenuiſſemus, nautæ
atque ipſe navarchus ibi hyemandum
eſſe cenſuerunt. Nos illis adverſari,
partim rogando, partim minitando, de
eorum perfidia cum Præfecto Malacæ
ac Luſitanis expoſtulaturos. Itaque
Deus pro ſua bonitate eis mentem de-
dit, ut in Cantonis Inſulis non hære-
rent, ſed ſublatis anchoris Cinceum pe-
terent.

Quocirca ſecundo vento provecti,

paucis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

paucis diebus Cinceum, alterum Sinarum portum ſubituri erant eo conſilio, ut ibidem hybernarent, quoniam jam curſus Iaponici tempeſtas pœne exacta erat, cum ſubitò navicula advolat ad nos, portum illum prædonibus obſeſſum eſſe nuntians, actum fore de nobis, ſi propius accederemus. Hoc nuntio commotus navarchus, & ſimul quod cerneret Cinceorum prædonum myaparones non amplius quatuor millia paſſuum à nobis abeſſe, ut præſens periculum vitaret, portum illum vitare conſtituit. Cumque ventus Cantionum portum repetenti adverſus, Iaponiam petenti ſecundus eſſe, invito navarcho, nautis, ipſoque Diabolo, Iaponicum curſum tenuimus. Ita ad has regiones, tantopere à nobis exoptatas Deo aſpirante pervenimus, ipſo die Beatæ Mariæ in cœlum aſſumtæ ſacro XVII. Kalend. Septemb. anno M.D.XLIX.

Et quoniam alium portum capere non licuit, Cangoximam, quæ Pauli à S. Fide patria eſt, applicuimus, ibi tum à Pauli cognatis atque affinibus, tum etiam à cæteris oppidanis perbenignè accepti ſumus.

Hactenus jam vidimus, quomodo in Iaponiam Xaverius religionis Chriſtianæ primus iſthuc locorum autor pene-

trave-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

averit cum Iapone Angero primo
eophyto. Nunc itaque quid effectum
, porrò cognoſcamus Pag. 206. idem
averius ita loquitur: In patria Pauli
Fidei (quem verum nobis germa-
umque amicum experti ſumus) Præfe-
us urbis, cives primarii, cunctaque
vitas benignè admodùm nos excepit.
ovos quippe è Luſitania ſacerdotes
agna omnes cum admiratione viſe-
ant. Haud iniquo animo ferunt, Pau-
m factum eſſe Chriſtianum, ſed eum
otius ſuſpiciunt, eidemque cùm co-
nati omnes, tum cæteri, qui aliquâ
um neceſſitudine attingunt, gratulan-
r, quod Indiam acceſſerit, eaſque res
derit, quæ indigenarum nemo præter
ſum. Aberat Regulus leucas à Cango-
ma ſex. (in arce Saxuma) Is, cùm ad
um Paulus veniſſet ſalutatum, magno-
ere de hominis reditu eſt lætatus, ma-
numque illi honorem habuit. Multa
iam de moribus, de virtute, de opi-
us Luſitanorum ſciſcitatus: cui cum
aulus omnia expoſuiſſet, maximopere
iſus eſt ejuſmodi ſermone delectari.
Attulerat ſecum Paulus egregiè pi-
am in tabula beatæ Mariæ & pueri
eſu in matris gremio ſedentis imagi-
em, quam ex India advexeramus. Hanc
gitur cum Regulus ab illo prolatam
aſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

aſpexiſſet, obſtupuit ſcilicet, confeſtim
que & ipſe poſitis genibus piè adm
dum veneratus eſt, & omnibus qui a
erant, idem ut facerent, imperavit. (c
terum ultra imaginis veneratione
progreſſus non eſt, inquit Turſellinu
Eandem tabulam deinde Reguli mat
contemplata, mirificam cepit admir
tione miſtam voluptatem, paucisq
diebus, quibus Paulus reverterat Ca
goximam, certum hominem miſit ſa
honeſtum, qui inde ſumendum qu
quo modo curaret exemplum. Verùm
cum ejus rei facultas Cangoximæ dee
ſet, negotium confici haud potuit. E
dem mulier per eundem poſtulavit
nobis, uti ſibi Chriſtianæ religionis ca
pita literis conſignata traderemus. Ita
que Paulus cum in ea re dies aliquot po
ſuiſſet, multa de Chriſtianorum myſte
riis atque inſtitutis conſcripſit patri
lingua (paruit quidem mulieri Paulus
ſed illa Deo haudquaquam paruit, u
iterum Turſellinus loquitur.). Illud mi
hi credite & ſimul Deo gratulamini, la
tiſſimum vobis campum aperiri, ub
veſtra jam concitata pietas éxcurrat
Nos Iaponicè ſi ſciremus, jamdudum
hanc vaſtitatem non ſine magno ani-
morum fructu coluiſſemus. Paulus qui-
dem propinquis aliquot & amicis, dies

noctes

noctesque Euangelium ſedulò prædi-
cans, conjugem, filiam, cognatoſque
ac neceſſarios complures ad Chriſti
fidem adduxit. Neque, ut nunc eſt, con-
ſilium eorum, qui Chriſtiani fiunt, vul-
gò improbatur. Atque ut Iaponii ma-
ximam partem literas ſciunt, brevi no-
ſtras precationes addiſcunt.

Faxit Deus, ut ad divinarum expli-
cationem rerum, Iaponicam linguam
condiſcamus quam primum, tum de-
mum aliquam Chriſtianæ rei navabi-
mus operam. Nam nunc quidem inter
eos tanquam multæ quædam ſtatuæ
verſamur.

Multa enim illi de nobis & dicunt &
agitant, ad quæ nos ſcilicet obmuteſci-
mus patrii ipſorum ſermonis ignari &c.

Pag. 218. Hoc ipſo anno, Bonzii duo
in Meacenſi ac Banduenſi Gymnaſio
eruditi, & cum his alii Iapones com-
plures ad religionis noſtræ myſteria co-
gnoſcenda veniunt in Indiam.

Die, qui S. Michaëli feſtus fuit, cum
Regulo Cangoximano congreſſi ſumus,
qui nos per honorificè acceptos (cau-
ſam hujus ſimulatæ humanitatis à Xa-
verio omiſſam infra ponemus) commo-
nefecit, ut monumenta Chriſtianæ le-
gis quàm diligentiſſimè cuſtodiremus,
quam ſi veram probamque eſſe perſpe-
xiſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

xiſſet, enimverò futurum ut Diabol
diſrumperetur. Paucis autem diebus in
terjectis, poteſtatem fecit omnibus, q
in ſuo imperio ac ditione ſunt, Chri
ſtianam religionem ſuſcipiendi. Ha
hyemem in Symboli capitibus Iaponi
paulò copioſius explicandis conſum
mus, eo conſilio ut explicationem t
pis imprimamus, quo quam plurim
loca literarum beneficio, quarum pler
que Iapones gnari ſunt, Chriſtiana rel
gio pervagetur. Paulus quidem noſt
fideliter in patriam linguam convert
omnia quæ ad animorum ſalutem ne
ceſſaria videbuntur,

Pag. 193. Sæpe congreſſus ſum cum
quibuſdam eorum (Bonziorum) qu
ſapientiâ cæteris præſtant, ac præter
tim cum eo, quem in his locis cun
propter doctrinæ famam & amplitudi
nem ſacerdotii, tum verò propter affe
ctam ætatem (jam enim eſt octogena
rius) omnes obſervant atque ſuſpi
ciunt. Is apud eos inſtar Epiſcopi eſt, &
Nitrix (quod Iaponiorum linguâ ſigni
ficat cor Veritatis) appellatur: feli
planè, ſi hoc nomen in eum quadra
ret. Hunc ego in ſermonibus, quo
cnm illo plurimos habui, nutantem at
que incertum offendi, utrum animu
noſter immortalis eſſet, an ſimul cum

cor

orpore interiret; neque enim ſibi con-
abat, ſed tum ajebat, tum negabat.
Ialè metuo, ne hujus cæteri ſimiles
nt literati. Incredibile eſt, quàm is
ne unicè diligat: vulgoque omnes
im Bonzii, tum alii noſtrâ conſuetu-
ine delectantur plurimum. Illud au-
em maximè mirantur, nos inde uſque
Luſitania in Iaponiam (quod iter leu-
arum eſt amplius ſex millium) conten-
iſſe hanc unam ob cauſam, ut cum eis
e rebus ageremus divinis. Vnum eſt,
uod ſcire vos vehementer volo, ut in-
entes Deo gratias agatis: hanc inſu-
im ad excipiendum Euangelium ſatis
loneam ac paratam eſſe: ac ſi nos lin-
uam calleremus Iaponicam: non du-
ito quin plurimi fierent Chriſtiani.
uadraginta diebus tantùm profeci-
ius, ut jam decem præcepta Iaponicè
kplicemus.
Turſellinus in vita Xaverii pag. 293.
e difficultate linguæ Iaponicæ addi-
endæ multa præfatus, hæc demum
ldit: Franciſcus (Xaverius) Iaponum
nguam utcunque ſibi addiſcendam
iſtimans, cum capita Chriſtianæ re-
gionis à Paulo Iapone literis mandan-
n curaret, in magnas incidit ſalebras.
aulus, quippe homo idiota, nihilo
elior interpres erat, quàm magiſter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Et quanquam plus etiam eniteretur quàm poterat, minus tamen efficiebat quàm res poſtulabat. Nam capita illa adeò perperam interpretabatur, ut oratio neutiquam cohæreret: ita porrò ſcribebat imperitè, ut ejus ſcripta ab Iaponibus literatis legi non poſſent ſine riſu. Xaverius porrò p. 224. ita loquitur: Vt noſtræ religionis veritatem perſpicerent (Cangoximani) annum totum ibidem, eoque amplius commorati ſumus, quo temporis ſpatio ad Chriſti ovile compulſi amplius centum. Turſellinus l. IV. c. III. deſcribit miracula duo, quorum uno puella mortua in vitam ſit revocata per Xaverium, altero leproſus curatus. Sed id credat, qui poteſt. Sanè ipſe Xaverius ejus ne verbo meminit, nec Maffeus in hiſtoriam ſuam retulit. Primum autem, qui Cangoximæ Chriſtianus factus ſit, Bernardum vocatum fuiſſe refert idem Turſellinus. Hæc itaque fuit prima Chriſtiana Eccleſia in Iaponia, nimirum Cangoximæ: ea autem quo minus accreſceret, Regis interdictum de non ſuſcipienda Chriſtiana fide fecit. Ejus cauſæ duæ fuerunt, quarum alteram, nimirum Bonziorum machinationes, Xaverius loco jam citato fusè explicat, alteram autem eamque præcipuam omiſit

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

vel potius diſſimulavit, ignoráſſe enim non potuit: poſuere autem eam & Turſellinus & Maffeus, ſed hic clariùs. Itaque hujus narrationem audiamus, quæ l. XIV hæc eſt: Inde haud leviter commoveri civitas cœpta, noſtriſque non ad magiſtratus modo, ſed etiam ad Regem, qui tum extra oppidum agebat, Paulo præſertim adnitente, facile patuit aditus. Commercium is Luſitanorum avidè jamdudum expetebat, quos ad vicina emporia cum pretioſis oneribus commeare didicerat: apud eos quod plurimum gratiâ & auctoritate Xaverium valere Paulus & famuli teſtarentur, valde ſeſe illi comem & humanum initio præbuit, ac prædicandi Euangelii & baptizandæ ritu Chriſtiano gentis poteſtatem haud gravatè conceſſit, eaque de re publica edicta propoſuit. Inter hæc negotiatores Luſitani cum mercibus Firandum regni Figenſis appulerant. Id ubi Cangoximæ cognitum eſt, periniquo tulit animo Rex, vicinos dynaſtas inſperatis augeri opibus, at ſe diuturnâ lucri adventitii exſpectatione fruſtrari.

Ex eo tempore ſenſim averſari Xaveriū cœpit, & ab ipſius doctrina præceptiſq; refugere. Bonzii quoque poſteaquam Chriſtianis inſtitutis vitia ſua reprehendi,

hendi, diſcipulos & ſectatores ab ſe a-
vocari animadverterunt, immutatâ
ſubitò voluntate, Xaverium exſecrari,
fictis criminibus ipſum & ſocios in in-
vidiam adducere, offenſum jam Regis
animum novis indies facibus inſtigare:
neque ab incepto deſiſtere, quoad revo-
cato priore edicto, rurſus pœnâ capita-
li ſancitum eſt, ne quis omnino, relictis
patriis avitiſque nova & peregrina ſa-
cra ſuſciperet. Ex hiſce perſpicuum fit,
quomodo Regulus Cangoximanus affe-
ctus fuerit erga Chriſtianam religio-
nem. Xaverius reliqua ita proponit
p.216. Vertente anno, cum oppidi Do-
minum noſtræ religionis amplificatio-
ni omnino adverſari videremus, conſti-
tuimus aliò demigrare. Itaque neo-
phytos valere juſſimus, qui pro ſuo er-
ga nos amore ſingulari, flentes, maxi-
maſque nobis agentes gratias, quod
tanto labore noſtro, æternæ ſalutis iter
eis commonſtraviſſemus, ægrè admo-
dum noſtrum diſceſſum tulerunt. Reli-
quimus apud eos Paulum eorum civem,
eundemque Chriſtianum egregium, qui
neophytos Chriſtianis præceptis expo-
liret. Inde nos in aliud oppidum (Fi-
randum, ubi appulerant naves Luſita-
norum mercatorum) profectos Dynaſta
perhumaniter excepit. Vbi dies aliquot
com-

commorati, Chriſto adjunximus ferè centum. Nemo tamen noſtrûm Iaponicè ſciebat, nihilo ſecius Semijaponico iſto volumine recitando & ſermonibus ad populum habendis, eorum complures ad Chriſti cultum traducebamus (quæ ſecunda fuit Eccleſia.) Coſmo Turriano his neophytis præſidere juſſo, ego cum Ioanne Fernando Amangucium, Regis (ut captus eſt Iaponiorum) ſanè opulenti ſedem contendimus. Hîc plurimos offendimus tum è plebe tum è nobilitate Chriſtianæ legis cognoſcendæ percupidos. Itaque cum optimum factu ſtatuiſſemus, in compitis ac triviis bis in die concionari, noſtri illius libri capita pronuntiantes, de Chriſti religione verba faciebamus ad populum. Dynaſtæ etiam nonnulli domum ſuam nos invitabant, ut commodiùs de noſtra religione cognoſcerent: atque ultro pollicebantur, eam ſe, ſuâ meliorem ſi cenſuiſſent, ſine ulla dubitatione ſuſcepturos. Ac multi noſtros ſermones de lege divina ſanè libenter audiebant: alii contra iniquis ferebant animis: ultro etiam, quæ dicebantur, irridebant. Ergo quoties per urbis vias ibamus, toties nos magna puerorum atque infimæ fecis multitudo irridens, atque eludens ejuſmodi vocibus proſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

quebatur: En qui divinam nos legem ut ſalvi ſimus, ſuſcipere jubent! En qui plus unâ uxore habere neſas eſſe prædicant! Conſimili modo reliqua noſtræ religionis capita inculcabant per ludum ac jocum. Dies jam aliquot po... ſueramus in hoc concionatorio munere, cum Regis, qui tum in urbe erat, accerſitu ad eum venimus. Percontanti, unde tandem eſſemus? cur in Iaponiam veniſſemus? reſpondimus, nos Europæos eſſe, eò miſſos divinæ legis prædicandæ gratiâ: quippe cum nemo quin Deum, ejuſque filium Ieſum Chriſtum omnium gentium vindicem ac ſalvatorem caſtè piéque coleret, ſalvus atque incolumis eſſe poſſet (ideo initio hujus capitis diximus, Ieſuitas primo ingreſſu ſimplicem tantùm & ſalvificam veram Fidem Chriſtianam propoſuiſſe). Tum ille divinam ſibi legem exponi juſſit: quare bonam voluminis partem recitavimus, & quamdiu de ſcripto diximus (diximus autem horam, eoque amplius) diligenter ab eo attentéque auditi ſumus, atque ita demiſſi (Rex barbarus audita neglexit, inquit Turſellinus). In ea urbe dies permultos morati in viis ac triviis verba fecimus ad populum. Complures avidè præclara Chriſti facta audiebant: cumque ad

acer-

acerbiſſimam ejus cædem ventum erat, lachrymas tenere non poterant, veruntamen Chriſtianis ſacris initiabantur admodùm pauci. Ergo cum exiguus noſtrorum laborum ibi fructus extaret, Meacum urbem totius Iaponiæ (ut dixi) celeberrimam perreximus. Menſes in itinere poſuimus duos, multis periculis, quod per regiones bellis flagrantes tranſeundum erat, perfuncti ſumus. Mitto ſumma locorum illorum frigora [Turſellinus c. VI. l. IV. prolixè hoc iter deſcribit & menſe Octobri, quo frigus ingruit, ſuſceptum eſſe comitibus Ioanne Fernando Luſitano & Bernardo Iapone neophyto narrat anno MDL] & vias frequentibus latrociniis infeſtas. Meacum ut venimus, dies aliquot expectavimus, dum facultas eſſet adeundi Regis, petendique ab eo ut divinam legem in ſuo regno nobis liceret divulgare: ſed omnes ad eum aditus penitus clauſos offendimus. [Minimè enim idoneum ſationi Euangelicæ tempus erat, quoniam cuncta bello flagrabant, ut Maffeus rectè annotavit, de quibus vide l. præcedenti cap. IV. Turſellinus autem aliam cauſam affert ita loquens: Verùm, quæ ſunt occulta Dei conſilia, ea ſpes prorſus irrita atque inanis fuit, Iaponicæ quippe conſuetudinis urbani-
 ta-

tatiſque inſcitia, vulgaris & obſolet[illegible] veſtis, Chriſtianæ vitæ ſimplicitas eu[illegible] cohorti Regiæ eludendum præbebant[illegible] Itaque ut Regis imperia à Regulis & Dynaſtis contemni ſolita accepimus[illegible] conſilio veniæ ejuſmodi petendæ abje[illegible]cto, civium animos ac ſenſus tentare atque explorare placuit, quam eſſet e[illegible] civitas ad Chriſti cultum recipiendu[illegible] accommodata: verùm quod cives i[illegible] armis eſſent, gravique urgerentur bello, tempus ab Euangelii prædication[illegible] alieniſſimum judicavi. Amanguciun[illegible] (itaque) remigravimus, Regique litera[illegible] ac munera (monochordum & horologium & alia: ea autem Regi Meacenſi deſtinata fuerant) amicitiæ cauſa ab Indiæ Pro-Rege & Goano Epiſcop[illegible] miſſa reddidimus. Rex & donis & literis admodum delectatus, ut nos remuneraretur, magnum nobis auri argentique pondus obtulit. Quibus nos muneribus remiſſis eum rogavimus, ut ſi quod munus advenis hominibus gratum dare vellet, divinæ legis in ſua ditione nobis pomulgandæ faceret poteſtatem: hoc munere nihil gratius accidere poſſe. Ergo edicta celeberrimis urbis locis propoſuit, quibus edicebat, placere ſibi cœleſtem legem in ſua ditione promulgari: eandem iis, qui vellent

t ſuſcipere licere, & ſimul vacuum
ænobium nobis ad habitandum attri-
it [non omittendum eſſè hîc duxi
quod Turſellinus c. vII. l. IV. anno-
vit Xaverium hic factitâſſe, etſi Maſ-
us idem confirmet, ipſe autem Xave-
us non poſuit. Iam uſus, ait Turſelli-
s, eum docuerat, ab Iaponibus com-
uni mortalium vitio homines ſpecie
ltuque corporis æſtimari, pannoſos
rò vix hominum numero haberi: per-
de ac ſi viri decus veſtitus magis
uàm virtus foret. Quocirca obſoletâ
ſte depoſitâ, veſtitus elegantiam aſ-
mere decrevit, & ſplendore veſtis
ulos ſpecioſa magis quàm vera bona
ectantium capere, ut eorum deinde
imis lucem offerret veritatis. Ergo
mangucium cum remeâſſet, ſplendi-
a in veſte, duobus tribuſve famulis co-
itantibus, adiit Regem. Et conſilium
mprobavit eventus. Protinus ab aſ-
clis ad Regem &c.]

Huc ad nos novæ religionis cogno-
cendæ cauſa multi ventitabant: bis
oncionabamur in die: concionem
emper excipiebat concertatio de reli-
ione benè longa. Proinde perpetuò
ut in ſermonibus habendis, aut in
uæſtionibus proligandis eramus oc-
upati. Concionibus ſæpe intererant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Bonzii multi, aliique è nobilitate
plebe quàm plurimi. Semper ferè c
mus erat hominibus referta, ſic ut
terdum nonnulli loci anguſtiis exclud
rentur. Poſt multorum dierum cer
mina & interrogationes denique vi
manus dare, & ad Chriſti fidem ſe co
ferre cœperunt. Turſellinus de prin
baptizato in hac civitate commemor
tione dignam narrat hiſtoriam: P
mum decus, inquit, non doctrinæ fu
ſed patientiæ. Fernando Franciſci ſoc
in trivio concionante ad plebem, Iapo
fortè quidam præteriens ad concione
acceſſit. Inde, ut erat homo inſolen
prodiit in medium, & collectam in o
ſalivam in concionantis os conjici
Eam ille contumeliam adeò patient
tulit, ut nihil omnino commotus, ab
ſtersâ linteo facie, inſtitutum pertexe
ret ſermonem. Tantæ patientiæ mira
culo motus quidam è concione, in ani
mum induxit ſuum, à viris tantâ virtu
te præditis non poſſe religionem ni
ſanctam afferri. Itaque domum ad Fran
ciſcum venit, inſtituitur, ac primu
omnium baptizatur. Hujus exemplum
alii deinceps ſecuti: inter hos Lauren-
tius Luſcus tantum animo divinæ luci
accepit, ut nuntio rebus humanis re-
miſſo, totum ſe Deo conſecraret, ma-

gnc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

o cum Iaponiæ emolumento. Is
mque in Societatem à Xaverio ad-
iptus, egregius deinde concionator
ritit. Hæc Turſellinus quæ Maffeus
oque habet l. xiv. à Xaverio in epi-
lis nullam ejus fieri mentionem mi-
r. Sic itaque tertiam Eccleſiam,
mangucianam nimirum vidimus.
uartæ, ejuſque poſtea celeberrimæ,
ndamentum modo jecit Xaverius,
mpe Bungenſis, de quo ipſe p. 256 ita:
mangucii cum eſſem ſimul cum Coſ-
o Turriano & Ioanne Ferdinando,
ex Bungenſis potens inprimis me per
eras rogavit, ut ſe convenirem: Luſi-
nam navem ad ſuum portum appu-
ſſe: cupere ſe certis de rebus mecum
ommunicare.

Itaque confeſtim, vel ut ejus erga
hriſti fidem animum explorarem, vel
t Luſitanos inviſerem, Bungum pro-
ctus ſum, Coſmo & Ioanne apud
hriſtianos relictis.

Ego magnam ex Luſitanorum con-
reſſu cepi voluptatem. Dum Bungi
ommorarer, magnum Amangucii bel-
um Diabolus excitavit &c. Poſt Aman-
uciani Regis interitum, regni Proce-
es ac Dynaſtæ gravi perfuncti bello,
um viderent rem Amangucianam ſine
ege ſtare non poſſe, legationem ad

Bungi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Bungi regem miſerunt,ut fratrem ſu
germanum Amangucium mitter
quem ſibi regem conſtituerent. I
ſcilicet morem eis protinus geſſit.
ille regnum adeptus eſt Amangucii (
malè ei hoc ceſſit. Namque poſt
quot annos occiſus eſt. Vid. epiſt. I
p.37) Bungenſis Rex magnis ſanè be
coſiſſimorum hominum copiis inſt
ctus admodum imperat latè. Luſitan
rum nomen mirè diligit. Itaque ut
Luſitani Regis opibus ac moribus c
gnovit, petiit ab eo per literas, ut ſe
amicorum ſuorum numerum adſcrib
ret, eique thoracem amicitiæ obſide
miſit.

Ad Proregem quoque Indiæ certu
hominem allegavit, qui ſuam illi am
citiam,ſocietatem,ſtudium prolixè d
ferret: is legatus mecum devectus i
Indiam honorificè & perliberaliter
Prorege tractatus eſt. Ac Bungi Rex an
te meum ex Iaponia diſceſſum, Luſita
nis ac mihi recepit, ſe cum Amangu
cii Rege fratre ſuo acturum, ut Coſ
mum Turrianum & Ioannem Ferdi
nandum amplecteretur. Idque ipſi
Amangucianus Rex deſignatus nobi
promiſit, ſimul atque in regni poſſeſ
ſionem pedem poſuiſſet, ſe eſſe factu-
rum.

Plura

Plura de rebus geſtis in Bungo Xave-
s in epiſtolis ſuis haud commemo-
: Turſellinus autem multis paginis
r. IV. capitibus octo, nempe à nono
ue ad libri finem perſequitur, & plu-
a enarrat, de quorum fide non ſine
ſa dubitare poſſis, cum Xaverius eo-
n nihil commiſerit epiſtolis ſuis: pu-
tamen pleraque ſaltem vera eſſe, cer-
ectu nec indigna nec injucunda ha-
n rerum ſtudioſis erunt, inprimis ea
e de diſputationibus Xaverii cum
ypheis Bonziorum proponuntur.
g. 348 inquit: ſatis conſtat, Xave-
m ipſum Luſitanis domeſticis liqui-
confirmâſſe, uno die, ſi vellet, am-
ıs quingenta Iaponum capita (in
ngo) baptiſmo ab ſe expiari poſſe:
erum rem prudentius quàm avidius
ecutus eſt. Colligere eſt ex illis,
e Turſellinus ſubjungit, & ex iis,
e Xaverius ipſe habet, eum Bungi
los baptizâſſe, ſed Catechiſmi do-
nâ informatos ſuum reditum vel
m ſacerdotem exſpectare juſſiſſe, id-
ob furorem Bonziorum, cui ſe tunc
poris opponere neophyti non pote-
t.

Porrò pag. 366 Turſellinus ita per-
(quæ omnia quoque apud Maffeum
v reperiuntur.) Bungenſis Rex ut fa-

cta

cta pondus adderent verbis, proti
quod fratri ſuadebat, ipſemet in ſuo
gno facere inſtituit, neophytos fove
& certum Xaverii ſociis Bungum v
turis domicilium deſtinans. Cæter
quo minus religionem, quam tantope
probaret, foveretque, ipſemet amp
cteretur, amittendi per ſeditionem
gni metus obſtabat. Quocirca Fr
ciſcus eum ad Chriſti cultum pellic
fruſtra conatus, poſtquam in irrit
ſpem tempus teri ſenſit, remque n
dum maturam eſſe vidit, aliò conſ
vertit curaſque &c. Xaverius igit
Rege valere juſſo, tandem ab eo div
litur. Subinde catechumenos mat
reditus aut certè Vicarii ſpe ſolatus,
cedit urbe plenus ſpei, fiduciæqu
quippe Regem ac bonam populi p
tem proclives ad Chriſti fidem reli
quebat.

Magna utique eum tenebat ſpes,
lis Regis gratiam illis locis Chriſtia
rei præſidio futuram; nec fefellit.
quo Bungi Rex in Luſitanorum ami
tiam venit, Chriſtianæque religionis t
telam ſuſcepit, uno ſemper tenore fide
& officium coluit: Franciſci ſociis
deſtinatis commodam in ſuo regno a
tribuit ſedem, & ad Regum finitim
rum familiaritatem gratiamque com

me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ndatitiis literis aditum aperuit. Ad
Euangelii propagationem ac Fran-
i ſocios, in maxima temporum va-
ate fovit, ingenti Iaponiæ bono,
que. Quippe Chriſtiana res, ethni-
Rege favente, magnis deinceps au-
ous crevit: Ipſe autem, Chriſti beni-
tate qualecunque meritum ſuo tem-
e remunerante, non modò quatuor
regna paterno adjecit, verùm et-
trigeſimo fermè poſt Xaverii obi-
n anno repente factus eſt Chriſtianus.
nihil ea res ad Franciſci (Xaverii)
mortui meritum decuſque pertinet.
cum ritè baptizaretur, ſive ſuæ er-
Franciſcum venerationis memor,
etiam illi, ſecundùm Deum, tan-
n Baptiſmi beneficium debere ſe te-
us, Franciſci potiſſimum nomen aſ-
ſit.

Sapientiſſimi Regis exemplum au-
ritatemque plerique Procerum, non-
li etiam Dynaſtarum ſecuti, quibus
non minus pietate quàm dignitate
ſtitit. Cæterum illâ tempeſtate unà
verium ſolicitabat angebatque cura,
od apud nobilitatem Iaponicam (cu-
nomen in utranque partem apud
bem plurimum valeret) nihil admo-
n profeciſſet, nullo Procerum nobi-
mque ſalubria conſilia animis acci-
piente.

piente. Adverſabatur negocio prim
Sinarum, à quibus Iapones religion
petitam habebant, auctoritas, ad qu
convicti Bonzii Bungenſes juxta
Amanguciani confugiebant: illud v
go jactantes, Si vera eſſet Chriſtiana
ligio, cur eam non probâſſent Sinæ? I
inde regis Bungenſis obſtabat exe
plum, qui prudentiæ & eruditionis
mâ clariſſimus Chriſtiana ſacra & in
tuta, quia non ſuſcipiebat, ipſe ſuo
dicio damnare videbatur. Franciſ
itaque cum videret, niſi expugnatâ
narum ſuperſtitione, Iaponum anim
capi non poſſe, decrevit ipſam invad
re arcem, ſatis fidens, Sinis in Chr
caſtra compulſis, eorum auctoritat
Iapones haud ægrè ſecuturos.

Luſitanæ ergo navis Sinas peten
occaſione invitatus, ſimul cum Bu
genſis Regis Legato, qui Proregi Ind
ferebat dona, conſcendit Novem
menſe, anno M.D. LI: biennium totu
jam in Iaponia verſatus erat, præcipu
que in Regnis non ſolùm Chriſto gr
ges, ſed etiam Societati ſedes quæſiera
Ex Iaponia Matthæum & Bernardu
indigenas, ab ſe baptizatos ſecum d
xit, ſimul ſpecimen gentis Iaponica
ſimul idoneos majeſtatis Chriſtian
ſpectatores Romam deinde miſſuru

Ip

pſe Xaverius de ſuo hoc ex Iaponia abi-
1 p.256 ita ait: Bungi aliquandiu com-
noratus eram, cum Luſitanæ navis
portunitate invitatus, omiſsâ Aman-
ucianâ reverſione, ſtatui è Bungo in
ndiam ſolvere, ut ſocios ac fratres
anto intervallo reviſerem, & ſocios ad
aponiorum culturam idoneos, aliaſque
es neceſſarias, quarum ibi magna eſt
nopia, curarem.

Cocinum applicui IX. Kal. Februa-
ias, ubi à Prorege perhumaniter ſum
cceptus. Aprili menſe proximo ali-
quot ex India Patres in Iaponiam mit-
entur, quibuſcum Bungenſis Regis
gatus domum eſt rediturus. Magna
ne ſpes tenet, copioſiſſimam, Chri-
o favente, illis in locis meſſem futu-
am.

Nam ex gente ingenioſa, moderata,
iſcendi avida, rationem ducem ſe-
quente, aliiſque præterea laudibus cu-
nulata, tanquam ex agro opimo ac fer-
ili neceſſe eſt uberes ac lætas fruges
xiſtere. Coſmus Turrianus & Ioannes
erdinandus in præſentia toti ſunt in
Chriſtianis myſteriis enuntiandis. Co-
mus noſtrati lingua ſcribit conciones:
as deinde Ferdinandus patriæ ipſorum
inguæ ſatis gnarus vertit Iaponicè. Et
p. 261. At etiam, ſi Chriſtianam reli-

gionem Sinæ probaverint, utique Iapo
nes quoque religiones ab eis accerſita
omittent. P.253. Diu ac multum in Ia
ponia elaboravi, ut omnibus veſtigi
indagarem, ecquando Iapones Ieſ
Chriſti notitiam habuerint: demumqu
ex eorum literis ac ſermone comper
nihil omnino illos de Chriſto inaudiſſ

Cangoximæ, ubi annum commora
ſumus, animadverti Regulum ejuſqu
cognatos albam crucem in familiæ inſi
gnibus habere, ſed tamen Chriſti no
men funditus ignorare.

De duobus Iaponiis, Matthæo &
Bernardo, neophytis, quos Roman
mittendos Xaverius ex Iaponia abien
ſecum ſumſit, Maffeus l. xv. annotat
unum quidem eorum Goæ in India
mortuum fuiſſe, alterum autem, qu
deſtinatus erat, perveniſſe Romam, &
ab Ignatio in Societatem acceptum, de
inde verò in reditu cum in Luſitaniam
jam veniſſet repetendæ ergo Iaponiæ
letali correptum fuiſſe morbo, quo Co-
nimbrigæ ſupremum vitæ actum non
ſine plauſu peregerit. Idem quoque Maf-
feus fatetur, Regem Bungenſem ideo
quod Luſitanorum commercium ac ſo-
cietatem expeteret, benevolum atque
officioſum Xaverio præſtitiſſe, etſi de-
inde verus pietatis cultor extiterit. Fuit
enim

nim tunc adhuc adoleſcens ille Rex. ic itaque vidimus Xaverii adventum n Iaponiam, qui fuit XVII Kal. Sept. an- i M. D. XLIX, atque abitum Novem- ri menſe anni M. D. LI. & quæ interea emporis in negotio Religionis egerit. oam deinde primò repetiit, hinc Ma- cam ut inde Sinas adiret, à quo conſi- o impeditus cum alio modo idem ten- aret, mortuus eſt in littore Sinenſi cir- a Cantonem anno M. D. LII, die IV Non. Decembris.

De hoc qui plura ſcire avet, legat Maffeum libro XV & Turſellinum libro in vita Xaverii, qui plurima de itine- e illius Sinenſi & morte enarrant. Re- gis Luſitani juſſu illius facta ac miracu- oſa opera in India annotata ſunt, quæ Turſellinus l. VI. habet, demum poſt multos annos à Pontifice in Sanctorum album ſolenniter eſt aſcriptus: Burdi- galæ in Galliæ celeberrima urbe ædes atque domicilium ejus nomini conſe- cratum fuit anno circiter M.D.CXXVII, ab Arelatenſi Archiepiſcopo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Cap. VI.

De Propagatione Religionis Chriſtianæ.

VErùm ad Iaponiam nobis redeundum eſt. In ea Xaverio abeunte remanſerant Religionis propagandæ cauſa Coſmus Turrianus, & Ioannes Ferdinandus: duo Iaponii aliis informandis apti erant, Paulus & Laurentius Luſcus. Quatuor autem civitates receperant Evangelium, nimirum Cangoxima, Firandum, Amangucium & Bungum. Xaverius ex India, anno M. D. LII. ante obitum ſuum tres ſubſidiarios Coſmo & Fernando miſerat, nempe Balthaſarem Gagum, Eduardum Sylvium, Petrum Alcacevam, quorum hic mox in Indiam ex Iaponia rediit, reliqui duo manſerunt. Venêre deinde ſequentibus annis Caſpar Vilela, Almeida, Frojus aliique plures. Hi progreſſu temporis tantum promoverunt, ut magnam incolarum totius Iaponiæ partem ad Chriſtiana ſacra compulerint, in plurimis civitatibus templa & collegia exſtruxerint magnamqme autoritatem toto regno adepti ſint, etſi primis annis haud juxta vota eorum res ſuccedebat. Namque anno M. D. LI. bello contra

ontra Regem Amangucianum exorto,
uo ipſe extinctus eſt, urbs Amangu-
ium tota ferè in cineres redacta eſt,
hriſtiani doctores ab hoſtibus ad ne-
em quæſiti, de quo vide epiſt. Ind.
. 24 & 25. Sed anno ſequenti cum ci-
itas inſtaurata eſſet (ex ligno namque
des exſtruunt, ideoque facilior minuſ-
ue eis ſumtuoſa eſt ædificatio) redin-
grata operâ multi converſi ſunt, ni-
nirum duo millia & ampla ædes ſuſci-
ata uſque ad annum LVI. Hoc enim
erum bellum contra Regem confla-
um eſt, & Amangucium totum ferè in
ineres redactum multò crudeliori in-
endio, quàm id fuerat, de quo antea
iximus, viginti diebus poſt illud ad-
entantibus hoſtibus. ex conſilio neo-
hytorum Coſmus Turrianus illinc
biit Funajum in regno Bungenſi
itum: ſecuta eſt deinde Amangucii
verſio calamitoſa. Funaji autem Ga-
us duo millia Chriſtianorum, cum jam
ræparatos à Xaverio animos eſſet na-
tus, fecerat. Hæc ex epiſtola, ſcripta
vI. Id. Sept. anno M. D. LVII. Coſmi
. I. Epiſt. Ind. ſunt excerpta, ubi p. 37
æc quoque habentur: Gagus erat ma-
gnâ apud Regem (Bungenſem) in gra-
tia: ad quem Prætor Indiæ certum ho-
minem Regis Luſitaniæ nomine cum

pretioſis muneribus miſit, egitque gra-
tias, quod nos adeo humanè liberaliter-
que tractaret. Hoc ille officio permotus
ædes nobis optimas ex materia cedrina
eſt elargitus, è quibus templum exſtru-
ximus cum reliquis ad incolendum ne-
ceſſariis ædificiis, operam ſuam in id
navantibus admodùm impigrè Chri-
ſtianis. Decrevit etiam nobis aureorum
quinquagenûm vectigal. Anno M. D.
LV. octavo idûs Sept. Rex apud nos ſa-
nè quàm jucundè cœnavit: à cœna de
Deo verba fecimus: ipſe per quendam
ex amicis juſſit nobis renuntiari, velle
ſe certos pecuniæ fructus aſſignare alen-
dis illis, qui in ſua ditione Dei legem
docerent. Reſpondimus, nobis hoc
non ita eſſe neceſſarium, ſed in paupe-
rum ſubſidium hoſpitalem domum à
nobis ædificatam eſſe, quæ hujuſmodi
ope admodùm indigeret, orare nos Re-
gem, ut beneficium illud in eam do-
mum conferret: quod fecit. Et ſimul
juſſit nobis attribui aream in urbe im-
perii ſui admodum ampla ac celebri,
Facata nomine, ab urbe regia quinque
dierum itinere, ubi jam Gagus aliquot
fecerat Chriſtianos. Sic itaque quinta
Eccleſia, Facatenſis originem habuit,
quæ poſtea valdè crevit, quoniam ea ci-
vitas & opulentior & majori gaudebat
pace

ace quàm reliquæ, etſi p. 57 templum Chriſtianorum direptum & diſturbaum legamus. Vide autem p. 108.

Pag. 38. deſcribitur, quâ ratione Dyaſta ſive Regulus Firandi permiſerit poteſtatem exſtruendæ ædis, quæ ſacra uit Virgini Mariæ.

Pag. 40, & 41 Chriſtianorum in vio Cutame laudatur gratitudo.

Pag. 43 & 52; calamitas Eccleſiæ Funajenſis propter ſeditiones ſubditorum contra Regem.

Pag. 55. Vilela commemorat, Firandi, anno uno factos eſſe Chriſtianos mille & trecentos, templa Chriſto tria dedicata, quæ antea idolorum fuerint. Scripſit autem Vilela hanc epiſtolam anno M. D. LIX; Cal. Sept.

Videatur quoque epiſtola Conſalvi Fernandi p. 64. 65. 66. quâ pulſos inde eſſe Sacerdotes ſcribit: ſed iterum receptos, p. 98.

Anno M. D. LIX. Vilela cum Laurentio Chriſtiano Iaponio Meacum eſt profectus, totius Iaponiæ metropolim & regiam urbem: Totum iter & quid effectum ſit, ipſe Vilela deſcripſit in epiſtola, cujus initium p. 85. Non pauca etiam habentur in prima epiſt. l. 11. Scilicet feliciorem ſucceſſum, quàm Xaverius antea, experti ſunt, ita aucto inibi

 Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Chriſtianorum numero, ut neceſſe fue-
rit, peramplâ domo coëmptâ templum
inſtruere.

Meacenſis itaque ſexta fuit ex præci-
puis Eccleſiis.

Cangoximana, quæ omnium prima
fuit, accrevit deinde anno M.D.LX, Re-
ge jam magis favente Luſitanis propter
cupiditatem attrahendorum mercimo-
niorum in regnum ſuum. De eo vide
p. 105. epiſt. Ind.

Eccleſiæ in Vocoxjura urbe, quæ
XXIV milliaria ultra Firandum abeſt,
deſcriptio fit p. 109. quæ pro ſeptima
numerabitur. Pag. 107. hæc de ejus ini-
tio verba reperio: Eo conſilio ſum revo-
catus, ut ad Regem Vocoxjuræ profici-
ſcerer, qui nos in ſuum regnum libera-
liſſimis conditionibus invitaverat: cum
præter alia multa & Luſitanis omnibus
in eum portum commeantibus, qui-
que cum ipſis negotia contraherent, in
decennium ab omni portorio immuni-
tatem ſe daturum eſſe promiſiſſet, &
quicquid circa eſt agri ad paſſuum
octoginta millia Coſmo obtuliſſet, ut
intra eos fines ethnicus nemo ipſius in-
juſſu habitare poſſet.

Anno M.D.LXI. Vilela vocatus, ce-
leberrimam & ditiſſimam civitatem
Sacajum, milliaribus à Meaco diſtan-
tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ingenti cum dolore fœminarum, done
ex veneno vel dolore morerentur. Im
pleverunt etiam quarundam (pudet re
ferre) vulvas fomite, quali in igniarii
utimur, eodemque genitalia filiorun
obduxerunt, atque ita cum patre at
que filiabus quoque actum eſt: deind
alterum in alterius fomitem ignem in
ferre attractâ ipſius manu cum violen
tia effecerunt, ex quo graviſſimos paſſi
ſunt dolores.

Ad ferventes aquas adducti ſunt, &
circumpoſitis corporibus eorum ceſpi-
tibus aſſiduè aqua iſta in illos effuſa
fuit, quo cruciatus genere, tertio fere
vel ſecundo interdum die exſpirabant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ꝫgræ eorum cohortes & turmæ
nquaginta, imò centum numero
ninum nudi in ſylveſtria & agros
abantur, omnes cauterio frontem
ſti, unde deinde cognoſci poterant,
; ſingulis ſub amiſſione vitæ inter-
itur, ne iſtis vel quicquam cibo-
n, vel tegmina vel ædes ſuppeditent.
littore maris ſudeta collocata ſunt,
ibus includebantur multi Chriſtiani
eræ & provectæ ætatis. Hi alternatim
out mare fluit & refluit, dimidio tem-
re à mari cinguntur, reliquo dimidio
ſicco commorantur, atque hiſce con-
litur cibo uti & potu, ut eò diutius
carnificentur, quod in pleriſque ad
odecim vel tredecim dies extenditur.
Obcæcârunt patres matreſque, & ad-
ctos pone eos infantes toto die & no-
e vario & ſæviſſimo exercuerunt cru-
atuum genere, quibus afflicti infan-
s aſſiduè non ſine lachrymarum rivis
amabant: Miſerere mei, mi Pater, mea
later! libera me de his cruciatibus,
i indeſinenter mihi ſuſtinendi ſunt,
iſi abnegaveris fidem! ah Mater, ma-
r juva me obſecro, juva! Hiſce plan-
ibus & liberorum ſuorum tormentis
arentes obcæcati maximâ affecti ſunt
nimi ægritudine adeò ut corda eorum
iſrumpi & lacerari viderentur, &
non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

nonnullos præ magno dolore vita deſ-
ruerit, dum illi fidem deſerere recuſa-
runt. Exſcindebant etiam ungues tam
in manuum quàm pedum digitis; tere-
brabant inſuper tam in brachiis quam
cruribus oſſa. Omnes verò tormento-
rum formas recenſere, cum adeo varia
fuerint, nimis longum foret.

Plerique autem Chriſtianorum ma-
gnâ conſtantiâ ea perpeſſi ſunt, exce-
ptis nonnullis qui deſciverunt.

Quovis anno unum in omnibus pro-
vinciis inſtituitur examen, quod recen-
ti Cæſaris mandato confirmatum eſt,
ad quod ſinguli incolæ in templa con-
venire tenentur, inibique unuſquiſque
ſuo ſanguine in librum, qui ibi aſſerva-
tur (*Kercken-boeck*, dicit Caronius)
inſcribere vel per alium inſcribi curare
cogitur, quod ipſe Chriſtianam fidem
abneget,& Iaponicæ religioni addictus
ſit. Nihilominus Chriſtianiſmus haud
deſiit, ſed ſingulis annis aliquot cente-
ni deprehenſi & ſævis torturis enecati.

Tandem excogitarunt novum ſævi-
tiæ genus, quo Chriſtianos ſuſpende-
bant pedibus ſurſum elevatis & patibu-
lo alligatis capite deorſum pendulo ita
ut umbilico tenus in foveam quandam
corpus immitteretur: metuentes autem
ne ſanguine ſuffocarentur, cutem capi-
tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

decuſſatim diſcindebant, per quas
ſſuras ſanguis exſtillando exitum in-
niret: quod jam fieri deſiit, ubi diſſe-
tantùm ventre ſuſpenduntur, ex
cruciatu, nono vel decimo circiter
moriuntur, ad extremum uſq; ſpiri-
n cum ratione verba facientes. puel-
quædam, duobus abhinc annis, de-
o quarto demum die animam exha-
at: ſed plerique citius intereunt. Ma-
nus & ingens ita ſuſpenſis ad pedes
ciatus adeſt, neque crudelior deſcri-
vel excogitari poteſt tortura, ita ut
nnes Chriſtianos ad apoſtaſiam facilè
geret, niſi divinum illos animaret
xilium. Intolerabilis enim cenſetur
, quæ inde oritur, anxietas, de qua
hi ſatis conſtat, quoniam ſæpe cum
ibuſdam familiariter ſermonem ha-
i, qui duos vel tres dies illam tortu-
n perpeſſi, cum ſuſtinere diutius non
lerent, abnegaverant fidem, mihique
ctè affirmabant, quod neque ignis
olentia neque ullum aliud carnifici-
genus cum hac anxietate vel com-
rari mereatur.

Quoniam itaque hoc tempore Chri-
ani ferè omnes deleti, & rari admo-
m erant, nova promulgata eſt à Cæ-
re lex, nimirum, ſi Chriſtianus aliquis
prehenſus & ad patibulum damna-
tus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tus alium indicet ſeu prodat Chriſt
num, illum dimittendum & in pri
nam libertatem reſtituendum eſſè: q
ratio hoc tempore obſervatur. Apoſ
ſia quippe jam nihil eis prodeſt ad
tam ſervandam, cumque ingentem a
xietatem ſuſpenſi ſuperare nequean
alios ut prodant, incitantur. Hoc ar
ficio tandem aliquando Chriſtian
mum eradicatum iri exiſtimant Iap
nii.

Omnium Chriſtianorum, qui
ante hac deſciverunt vel proditione
terius Chriſtiani ſervati ſunt, nomi
accuratè in Indicem referuntur, ne qu
elabi vel ignorari poſſit, eo conſil
(quod à fide dignis accepi) ut omnes
los uno die interimant, ubi pauciſſim
vel nullos amplius ſupereſſè deprehe
derint.

Leproſorum quoque tuguria in om
nibus provinciis hôc tempore viſit
bantur, & trecenti octoginta quinq
Chriſtiani in eis deprehenſi, qui duab
impoſiti navibus cum quibuſdam Luſ
tanis ad Philippinas tanquam honor
rium donativum (*tot een Preſent*) mi
ſunt.

Olim cum Chriſtiani ferro, cruce v
igne punirentur, ſcitis quibuſdam pu
ris ad preces aliorum vita concedeba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

, quo caſu aliquoties res admiratio-
digna viſa fuit, cùm pueri octo, no-
m, pluriumve annorum, quibus vitæ
reſtas data erat, magno animo illam
udiarent dicentes: Nolumus vivere
itius neque mortem timemus: iſthic
e cupimus, quo parentes noſtri ten-
nt, ad illa gaudia, ubi vos nullâ po-
tis afficere triſtitiâ. Alii pueri,quibus
n tantus erat animi vigor ſed vitam
ceptabant, à parentibus magno zelo
impetu ad ignem vel ferrum retracti
nt hocce addito ſolatio: Nolite, ob-
cro, chariſſimi liberi diutius cum his
alis hominibus vivere: deducemus
os in amœniſſimam terram, ubi per-
tuis fruemur gaudiis. Atque cum hiſ-
pariter mortem oppetebant.Hæc Ca-
nii de Perſecutione iſta narratio eſt.

Cæterùm eo ipſo,quo hæc ſcribo,an-
o percontatus ſum à Belgis quibuſ-
am, qui modò ex Iaponia Amſteloda-
num cum navibus Societatis delati
rant, (etſi non continuo itinere, hoc
quippe nunquam contigit) quis hodie
ſſet Chriſtianiſmi ſtatus iſthic loco-
rum? Illi mihi retulêre ita: nullum jam
b aliquot annis deprehenſum eſſe
Chriſtianum, neque ſibi quenquam in-
otuiſſe, neque aliquos ſupereſſe exiſti-
mandum eſſe.

Præ-

Præterea magnam ſolertiam & c-
ram adhiberi, non tantum ne per ext-
nos & adventantes mercatores aut na-
tas denuo introducatur Chriſtiani-
mus, ſed etiam ne ullum ejus exer-
tium in Iaponia peragatur. Conſti-
tos eſſe à Cæſare Præfectos & Inſpect-
res, qui appulſas Belgarum naves ſcr-
tentur (de quo cap. XXVII præced. li-
jam diximus) ſi quos libros typis im-
preſſos repererint, eos auferant, etſi ip-
Belgæ ultrò eos tradere teneantur: ſ-
contrarium illos feciſſe innoteſcat, v-
tæ omniumque mercium amiſſione pu-
niri: atque eandem pœnam illos quo-
que manere, ſi in conſpectu Iaponio-
rum manibus complicatis preces a-
Deum effundere vel ullo alio Chriſtia-
næ religionis ritu uti attentent. Diſſi-
mulandam enim eis eſſe religionem, &
pro ethnicis quoque haberi à Magiſtra-
tu Iaponenſi. Quam Belgarum ipſorum
confeſſionem vanam haud eſſe, lucule-
tè probat epiſtola illa, quæ à Iaponi-
Conſule civitatis Nangaſacque nomin-
Iebia Siragemon donnes ad Prætorem
Belgicum in India miſſa ex Iaponia eſt
ſcripta verò ab eo anno M. D.XLII, di-
XXVIII Octobr. & cum Deſcriptione Ca-
ronii edita jam in lucem. In illa inte-
alia hæc leguntur,

Iapo-

Iaponicæ leges juſtæ ſunt, ſed rigi-
ores aliquantum & ſeveræ, inprimis
æ ad Chriſtianiſmum directæ ſunt.
Verùm cum Hollandi (hoc enim ſpe-
ali nomine Belgæ Fœderati totâ ferè
riente appellantur) multis jam annis
hibus in Iaponia commercia exercue-
nt, nunquam de propaganda Chri-
iana religione quicquam attentave-
nt nec de ea ſolliciti fuerint, ſed quie-
ſtuduerint, Magiſtratus illud cogni-
m probè habens conceſſit ipſis libe-
m ad Nangaſacquem negotiandi er-
ò aditum, qui locus non alicujus Dy-
aſtæ ſed ipſius Cæſaris eſt, ubi omni-
us peregrinis nationibus mercaturam
cere licitum eſt: Si vobis idem facere
bet, omnia bene ſe habent. Subditis
utem veſtris in Iaponiam mittendis,
ſque qui hic remanebunt, mandabi-
is, ut benè ſibi caveant ab exercitio
ultuque externo religionis, ſed ut
Chriſtianiſmum celent & tegant: &
oſtquam Iaponenſes leges rectè cogno-
veritis & obſerva veritis, omnia vobis
concedentur, quæ petetis, imò ultro
offerentur: ſi verò in literis veſtris ad
Magiſtratum Iaponenſem ſcriptis de-
nuo quicquam de Chriſtianiſmo pe-
ieritis, malè vobis ſuccedet, quemad-
modum etiam, quamdiu apud Hollan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

dos aliquid, quod Chriſtianiſmum r
doleat, peragetur, nihil impetrabun
quicquid etiam petierint. Si compe
tum foret, quod ad Chriſtianiſmu
conniveremus ulla vel minimâ rati
ne, nos, Syroye Mondonne, Interpr
tes & omnes in Inſula hac commoran
tes (Kiſma eſt parva inſula in Nang
ſacque, in qua ædes hujus conſulis fu
re) ipſaque Inſula funditus deleremu
Si itaque conſultum duxeritis, jube
veſtris ut Chriſtianiſmus ſecretò ha
beatur neque ejus quicquam conſpicia
tur, impetrabitis omnia quæ rogabiti
ab oneribus immunitatem, majorem
que autoritatem vobis comparabitis
Nangaſacqui multò eſt commodior
ſitu quàm Firando, & majori lucro So
cietas illic quàm in Firando commerci
exercebunt: quoniam autem rigido re
gitur imperiò, moleſtiæ id aliquantum
creabit.

Verùm ſi veſtris imperabitis, ne quic
quam rei Chriſtianæ huc afferant (li
bros indicat, ut opinor) neque de fid
Chriſtiana verba faciant, in grandem
excreſcetis truncum, multiſque erum
pentibus germinibus in perpetuum flo
rebitis &c. Hæc ex Conſulis Iaponenſis
epiſtola deſumta apertè & clarè oſten
dunt id quod à Belgis mihi narratum

erat:

at: ut ex hiſce deteſtabilem impiam-
e Magiſtratus diligentiam in arcen-
religione Chriſtiana: & exſecran-
m erga eandem odium colligere poſ-
mus, quippe cui non ſatis videbatur,
ıdeliſſimis in innocentes Chriſtianos
viiſſe tormentis, niſi etiam ingenti
m rei Chriſtianæ opprobrio, externis
pulis, qui in eam fidem baptizati, &
ucati ſunt, ejus exercitio interdixiſ-
nt, adeoque hypocritas eos effeciſ-
nt. Verum de hoc negotio jam deſi-
mus, ne quorundam lucri magis
àm rei Chriſtianæ ſtudioſorum aures
ditâ opera videamur offendere.
Quænam autem res Perſecutioni iſti
caſionem dederit, non immeritò ali-
is quærat: ſed de eo nihil auſim certò
firmare, cum Pontificii omnino ejus
ihil, quod ſciam, ediderint in publi-
m, (quod eò magis mirandum eſt,
o majorem ex martyribus Iaponiæ
cti ſunt religionis ſuæ extollendæ
ateriam) Belgæ perparum. Hagene-
s in Notis ad Caronium p. 32 ita lo-
uitur: Iaponii valdè Romanæ Eccleſiæ
eremoniis capiebantur: unde factum
, ut felici ſucceſſu Pontificii in eam
tulerint religionem ſuam, latéque
opagaverint; quin etiam ſplendida &
agnifica templa in Nangaſacque ſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ſcitaverant. Sed Hiſpanorum arrogan-
tia & ambitioſa ſuperbia effecêre, ut Ia-
ponii (Magnates) eos odiſſe cœperint,
cumque iidem Caſtiliani vim adhibere
conarentur, naves illorum expugnatæ
ſunt, ferro flammaque ipſi interempti,
non ſine multorum Iaponiorum cæde.

Alius Belga, nomine Leonard Cam-
pen in eo ſcripto, quo emolumentum
Iaponicæ negotiationis patriæ ſuæ
commendat & deſcribit, quodque De-
ſcriptioni Caronii adjunctum eſt, hæc
de illa cauſa commemorat: Hiſpani, in-
quit, non contenti lucro ex commerciis
Iaponicis hauſto, totum inſuper re-
gnum religione ſua ita inficere allabo-
rârunt, ut hujus beneficio ipſam regni
majeſtatem & Dominium ſibi vendica-
rent. Verùm cum illud jam ſe conſe-
cutos arbitrarentur, neque quicquam
amplius deeſſet illis quam Dux & ca-
put, Deo aliter viſum fuit & impediti
ſunt per Hollandica Inſtrumenta. Sic
Belga loquitur, neque explicat, quænam
illa Inſtrumenta fuerint, puto autem il-
lis ſignificari, quod Belgæ Hiſpanorum
conatus ad Cæſarem detulerint, de illo-
rum tyrannide in patriam ſuam edo-
cuerint & quid aliis in regionibus
iidem machinati ſint, declaraverint, ut
nimirum Hiſpanis expulſis ipſi com-
merci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ercia Iaponica ſibi ſolis acquirerent,
m eo tempore inter Belgas & Hiſpa-
s odia capitalia eſſent.

Ex hiſce jam colligere poſſumus
æcipuam illius Perſecutionis ſæviſſi-
æ cauſam fuiſſe inſatiabilem Hiſpani
piditatem Imperii in omnes Occi-
entis & Orientis provincias Inſulaſve
quirendi: qui cum acceſſione Luſita-
æ & cum ea plurimis Indiæ locis ad
centibuſque Inſulis & urbibus poten-
or factus eſſet, Iaponiam quoque ſuo
djungere Imperio cupierat. Hoc ta-
nen ſuper dubiam Belgarum fidem
ndatum non propono ut exploratum
eu certum. Aliæ cauſæ quoque procul
ubio acceſſerunt, nempe. 2. Anglorum
Belgarum Hiſpano minus faventium
btrectationes, & ſtudia, quibus Cæſa-
is Iaponii & Regum animos, ab eis
balienârunt, ſibi autem devincire ſtu-
uerunt. Nam quod Xaverius de Luſi-
anis mercatoribus conqueſtus eſt, id in
mnes ferè quadrat, nimirũ arbitrantur
e continuò decocturos eſſe, ſi conſcien-
iæ & religionis habeant ubique ratio-
nem. 3. Hiſpanorum ſuperbia. 4. Bon-
iorum, qui nomini Chriſtiano infen-
iſſimi erant hoſtes, calumniæ & dela-
iones, quibus Hiſpanos apud Cæſarem
gravabant. 5. Ipſius Cæſaris erga Bon-

zios benevolentia, erga Chriſtian[o]
odium. 6. Dynaſtarum avaritia & inv[i-]
dia. Qui cum ſinguli mercimonia Lu-
ſitanica & Hiſpanica in ſua territor[ia]
pellicere haud poſſent, aliis ſcilicet i[n]
videbant & Chriſtianis minus fav[e-]
bant. 7. Quod Luſitani & Hiſpani fer[è]
cum Chriſtianis tantum Iaponiis, no[n]
verò aliis mercaturam facerent: o[b]
quam cauſam reliqui Iaponii & illis &
religioni Chriſtiani minus faveban[t.]
8. Conciones Sacerdotum, quibus a[d]
ſeditionem & rebellionem auditore[s]
videbantur incitari, qualia etiam lite[-]
ris conſignabant: quod jam in princi-
pio introductæ religionis factitaban[t.]
Sic enim legimus in epiſt. Ind. p. 68.
Miſſæ ſunt aliquot à Meacenſibus illi[s]
neophytis ad Bungenſes Chriſtiano[s]
epiſtolæ, quarum una duodecim circi-
ter paginarum, magnam harum regio-
num Chriſtianis attulit voluptatem,
ſæpiuſque deſcripta, omnia Chriſtiano-
rum loca percurrit & ſimul etiam reci-
tabatur ethnicis. Summa erat epiſto-
læ, ſectarum Iaponis omnium (quæ
plus undecim ſunt) expoſitio ſimul &
confutatio, cum religionis Chriſtianæ
confirmatione: nec verò pacatas un-
quam res Iaponiorum fore, quoad om-
nes fierent Christiani atque idipſum
mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ultis apertiſque rationibus probaba-
r. Hæc ex Almeidæ epiſtola. Similia
ro concione dicta eſſe, in Xaverii epi-
olis habetur, & ex hoc colligere eſt
epius id factum. Cæterum de cauſis
origine hujus Perſecutionis, Ponti-
cii Religioſi, qui in Luſitania degunt,
um abſque omni dubio eam accuratè
onſcriptam aſſervent, optimè poterunt
arum rerum cupidos edocere, quod et-
am illos hoc libello admonitos puto
ſſe facturos.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

APPENDIX DE RELIGIONE SIAMENSIVM

Ex Deſcriptione Belgica Iodoci Schoutenii.

QVod ad religionem attinet, Siamenſes non minus ac adjacentes populi ethnici ſunt & ſuperſtitioſi Idolorum atque fictorum Deorum cultores. Hinc inde per totum regnum multa templa majoris & minoris formæ conſpiciuntur, ut etiam cœnobia, partim ad cultum Deorum, partim ad habitationem Sacerdotum exſtructa ex lapide & ligno, magno artificio & elegantia, nec minori ſumtu, additi ad ſplendorem augendum multæ turres inauratæ & pyramides. Singula templa & cœnobia incredibili Idolorum & ſtatuarum numero exornata ſunt diverſæ magnitudnis & ex diverſis materiæ ſpeciebus facta, inaurata, ornata quam magnificentiſſimè, ita ut aſpectu exteriori perquam elegantia & pretioſa appareant. Quædam Idola quatuor, ſex, octo vel etiam decem ulnas longa ſunt: inter alia quoddam magnitudinis incredibilis, ſedentis habitu, quod ſi erigeretur, ſaltem ad viginti

nti ulnarum vel centum viginti pe-
m altitudinem aſſurgeret.

In hiſce templis & cœnobiis multi
gunt religioſi ad cultum Deorum,
tributi in certas claſſes, præpoſitis &
ioribus & aliis eccleſiaſticis Præfectis
nſtitutis, (non ſine neceſſaria diſci-
na & debita obedientia:) qui omnes
ctori ſeu Præpoſito aut Epiſcopo me-
opolitani Templi in urbe India pare-
tenentur, cujus poteſtas in Religio-
s cauſis maxima eſt, ut ideo tam à
ebe quàm Magnatibus magno affi-
atur honore & reverentiâ: in rebus
men politicis Regi ſubjectus eſt. Om-
s religioſi (quorum in una urbe India
minimum numerantur triginta mil-
) ſine ullo diſcrimine veſtiti ſunt vili
neo panno flavi coloris, & capilli de-
nſi. Doctiores ex illis eliguntur ad
cerdotum munus, ex quibus deinde
eantur Epiſcopi ſeu Præpoſiti Eccle-
arum, quos populus ſuſpicit & vene-
atur, atque hi feſtis & deſignatis die-
us conciones habent ad populum, ru-
iores informant, & Diis ſacrificant:
onverſatione cum fœminis interdi-
um illis eſt ſub pœna combuſtionis:
d, quandocunque placuerit, religio-
um habitum exuere atque vitæ hoc
enus mutare licet (quandoquidem ho-

minum impotentiam in hoc nego
leges agnoſcunt) quod ſæpiſſime à mu
tis fit propter voluptatem vel ex lib
dine.

In ſingulis cœnobiis (quæ juxta tem-
pla pro habitatione religioſorum ædi-
cata ſunt) mane & veſperi à Præpoſit
Sacerdotibus, Clericis & laicis ſtatu
horâ cantatur vel ex ſacris ſcriptis pr
legitur. Victus illis ſuppetit ex var
reditibus, quos Rex & Magnates lo
eleemoſynæ illis largiuntur, & ex fru-
ctibus, quos hæreditarii fundi Templo-
rum ferunt: ſed præcipuè ex donation
bus & ſudore populi, qui illis de vict
& amictu abunde & communi prom
titudine proſpicit: ad quorum colle-
ctionem ſingulis diebus matutino tem
pore ex ſingulis cœnobiis aliquot Sace
dotes vel monachi (ut monachi Fran
ciscani, quos Minimos *Minnebroeder*
vulgo vocant, facere in locis Pontifici
Religionis conſueverunt) ablegantu
cum peris mendicariis. Præter hoſce
Religioſos maſculini ſexus, inveniun
tur hic quoque circa præcipua templ
in exſtructis huic fini ædiculis multæ
vetulæ moniales detonſis capillis, veſti
tæ albo lineo panno, quæ maximam
temporis partem hîc commorantur, u
ſingulis concionibus, Cantationibus,

cære-

remoniis, aliiſque cultibus & riti-
s Eccleſiaſticis interſint idque ma-
a cum devotione & libero ex arbi-
io cum nullis Regulis vel legibus
ſtringantur.

Communis ethnicis hiſce fides eſt
ſi in multis dogmatibus differentes
quantur opiniones) quod unus ſit ſu-
emus Deus, & juxta eum multi mi-
ores Dii in cœlo, qui omnia in hac
undi univerſitate creaverit: præterea
nimæ humanæ credunt immortalita-
m, & juxta merita quemlibet (prout
ala vel bona egerit in vita) præmia
l pœnas laturum: pios & juſtos ubi è
tâ hac migraverint, in Deorum ſedes
ſumtos perpetuis frui gaudiis, male-
cos autem & ſceleſtos ſævis modis à
iabolis cruciari & torqueri. Hoc eſt
æcipuum fundamentum Religionis
orum, quam affirmant ante multa ſe-
la ſacris literis conſignatam & mul-
orum ſanctorum Doctorum teſtimo-
iis confirmatam, quorum ſtatuas tan-
uam parva Idola in templis conſtitutas
perſtitioſâ veneratione colunt, atque
oc cultu, & eleemoſynis diſtributis in-
r pauperes, religioſos, factiſq; dona-
onibus ad certa templa & cœnobia, &
iſericordiæ operibus erga omnia, quæ
itam acceperunt ethnici hi docent &
ſtu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ſtudent æternam ſalutem ſibi compar
re atque crudelia Diaboli tormenta e
fugere. Qui religionis ſtudio flagran
diligenter ea præſtant, adductâq; dieb
feſtis ad templa captarum avium & p
ſcium multitudine, libertate illos dona
ex charitate, qui in hunc finem magn
numero venduntur & emuntur. No
enim hominum tantùm, ſed etiam om
nium animantium cædi peccatum i
eſſe exiſtimant, quandoquidem Hom
ricam animarum tranſmigrationem ſ
cuti multorum defunctorum hominu
animas in alia animalia migrâſſe pe
ſuaſi ſunt. Omnia turpia & inhoneſt
quæ homines plerumque naturali in
ſtinctu vitare ſolent, & hic peccat
cenſentur, nihilominus tamen ſæpe va
riiſque modis patrantur, etſi Religio
& concionatores ſuis ſermonibus a
populum aſſidue & magno zelo illo
dehortentur & increpent.

Præcipui ritus & cæremoniæ, quibu
cultum Diis ſuis præſtant, ſunt, ut e
parte jam in prioribus commemoravi
mus, conciones, catechiſmi, cantilen
horis matuinis & veſpertinis, ſacrifici
à religioſis oblata, quæ adhibitis multi
candelis, ſuffitibus ex thure, ſparſi
herbis & floribus, in templis coram ſta
tuis fictorum Deorum peraguntur. Ido

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

enim hæc,ut opinantur,repræſentant ſupremum Deum, Deos minorum gentium,& ſanctos defunctos viros ſeu Divos,qui hunc cultum ſcriptis & legibus mandaverunt: Vnde etiam arbitrantur, hiſce mediis Deorum Divorumque indignationes ſuper hominum peccata ſedari & evitari. Atque ideo in plenilunio, novilunio & quadrantibus lunæ quatuor dies feſtos agitant & præterea alios extra ordinem & præcipuos diverſis anni temporibus, qui magno hominum affluxu celebrantur, nec ſolemnis magnificentia deeſt. Inſuper ſingulis annis per tres menſes abſtinent ab omnibus cibis, qui ab animantibus depromti ſint.

Supplicant etiam Diis pro ægrotis suis & defunctis, quos ſuperſtitioſâ ratione tondent, (cognatorum etiam capilli reſecantur) unguntur, adjurant multiſque ſolennibus ritibus, ut planctu, variorum inſtrumentorum Muſica, eleemoſynarum diſtributione, Sacerdotum pro demortuis ſupplicatione, comœdiis,ignivomis machinis,aliiſque pompis (pro dignitate & facultatibus mortui) juxta templa igne comburunt combuſtorumq; collectos cineres unguentis irrigatos templis vicino loco ſepeliunt, & ſi opulenti fuerint elegans

gans pyramis ſepulchro ſuper impo
tur. Vnde fit ut in hæc funera mag
expendantur pecuniæ.

Erga eos, qui alias fovent de reb
divinis opiniones, tam Religioſi quà
laici modeſtè ſe gerunt neque acriter
eos invehuntur. Ita enim cenſent, qu
etſi diſcrepantes religiones ſequant
modo bonis operibus ſtudeant vitar
que honeſtam agant, cœleſtia gaud
conſecuturi ſint, quodque ſummo D
omnivarii cultus grati & accepti ſin
inprimis ii quos ipſi præſtant, de qu
bus ajunt manifeſta in ſacris libris qu
poſſident, extare teſtimonia.

Atque hæc cauſa eſt, ut neque a
Chriſtianam neque ad Mahometana
religionem (namque hæc in mult
Orientis Inſulas & regna propagata eſ
facili negotio adduci poſſint, ſicut e
perientia hactenus teſtata eſt, cum n
que Luſitani, etſi varii Ordinis Rel
gioſi tentârint ſuam religionem hic i
troducere, quicquam quod commemo
ratione dignum ſit, effecerint nequ
Mahometani Alcoranum profitente
multis annis aliquid promoverint
quamvis utriſque liberum Religioni
exercitium conceſſum ſit.

Quanquam autem hi ethnici vald
addicti ſint cultui Deorum, nihilomi
nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

s tamen timore metuque impulſi erte quoque venerantur (contradi- tibus & impugnantibus multis Re- oſis) Diabolos inferni Dominos, os arbitrantur omnium malorum au- es eſſe non minus ac Deos bonorum: ue ideo morbis correpti vel aliis ad- ſitatibus preſſi offerunt Diabolis ctus & animalia idque cum miris ſo- nibus ritibus, muſica aliiſque cære- niis. In hiſce ſacrificiis abominan- & nefanda non pauca ſenſus eorum unt, qualia hominem Chriſtianum lis uſurpare nefas exiſtimo: ethnici em magnis erroribus involuti capi- em hoſtem & Tyrannum placare iis nantur, & revera quoque ut videtur, cant, quandoquidem ab Omnipo- ti Deo jam ſatis ſuperque rejecti & abolorum poteſtati relicti ſunt, ut outenius inquit.

FINIS.

BR E

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

BREVIS INFORMATIO DE DIVERSIS GENTIVM RELIGIONIBVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

DE DIVERSIS GENTIVM RELIGIONIBVS.

1. Qvemadmodum priori libro de regno Iaponiæ præmiſimus quædam ad Reſpublicas in genere ſpectantia & de diverſo diverſarum regionum regimine, ita huic de ſtatu Religionis in Iaponia Tractatui adjungemus enumerationem diverſarum Religionum, quibus totius telluris incolæ inter ſe invicem diſſident. Quam noſtram operam lectoribus gratam fore ſperamus.

2. Poſſunt itaque populi totius terræ reſpectu Religionis dividi in Religioſos ſive Deum quendam, adeoque aliquam ſaltem religionem agnoſcentes & in Irreligioſos ſeu atheos (ut ita liceat loqui cum vulgo) qui nullum venerantur Numen. Verumenimverò etſi hæc diviſio legibus Logicis ſit conveniens, tamen quia hac ratione Ethnici comprehenderentur cum revelatæ doctrinæ cnſtoribus ſub eodem genere, quod inconveniens videtur, ideo aliter Diviſionem hanc inſtituemus.

3. Nimirum, populi quidam profe-

ctam à Deo ter opt. max. Scriptura
obſervant, reliqui ejus expertes ſun
Atque hi poſteriores omnes uno voc
bulo dicuntur Ethnici: priores aute
uno vocabulo generali carent, neq
hoc ſine cauſa, quandoquidem magn
pere diſcrepant: quamvis etiam alia h
jus ratio reddi poſſit, nimirum cu
olim ſoli Iſraëlitæ revelatam doctrina
tenerent, & reliquę gentes (Gręcis ἔθν
eſt gens) ejus expertes eſſent, factum e
ut gentiliſmus ſeu ethniciſmus revelat
doctrinæ ignorantiam denotaverit: a
quia poſt multa tandem ſecula aliæ re
ligiones in revelata doctrina ortæ ſun
non impoſitum illis eſt commune voca
bulum.

4. Sunt autem horum revelatæ do
ctrinæ Cultorum tria genera, Iudæi
Chriſtiani & Mahometani.

Iudæi Veteris tantùm Teſtament
Scripturam ſacram recipiunt, Chriſtum
verò promiſſum illum Meſſiam & uni
cum mundi Redemtorem turpiter reji
ciunt. Chriſtiani Veteris & novi Teſta-
menti libros obſervant. Mahometani
præter veteris novique Teſtamenti (in
quo tamen corrigendo magnam ſibi ſu-
mit libertatem) libros, etiam impoſto-
ris Mahometis fictitia dogmata &
mendacia recipiunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

5. Ex tribus hiſce generibus, Iudæi
arum inter ſe invicem diſſentiunt,
ertè non tantum ut diverſas ſectas fa-
iant. Neque inter Mahometanos ma-
na eſt in religionis capitibus diſcre-
antia (de qua re poſtea plenius dicetur)
ed Chriſtiani in multas diſtracti ſunt
ectas non minus in primitiva Eccleſia,
uàm hodie.

6. Vetus eſt Eccleſiæ Chriſtianæ di-
viſio in Græcam ſive Orientalem & La-
inam ſeu Occidentalem eo tempore
orta, cum Græci & Aſiatici à Pontifice
Romano diſſentire cœpiſſent. Græca di-
citur, quæ in Orientalibus ab Europa
regionibus viget, & diverſam à Roma-
na religionem fovet in nonnullis. Ro-
mana autem ſeu Pontificia religio quæ
ſit, nemini puto ignotum eſſe ex litera-
tis.

7. Cæterùm cum hodie in Europa
præter Pontificiam & Græcanicam aliæ
quoque religiones floreant, nec hæ
omittendæ ſunt, nimirum Lutherana
& Reformata, quibus annumerandæ
infames Anabaptiſtarum & Socinia-
norum ſectæ, & aliæ minus illuſtres.

8. Græcanicæ quoque Eccleſiæ mem-
bra quæ ſunt, Abaſſini, Moſcovitæ, non
in omnibus conſentiunt inter ſe invi-
cem, ut poſtea dicetur, inprimis ſi Ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

menios, Georgianos, Neſtorianos alioſque, qui in Aſia reperiuntur, addere velis. Etſi enim Græcæ Eccleſiæ proprie ita dictæ membra non ſunt, tamen ad Orientales referendæ ſunt hæ ſectæ, ſicut Anabaptiſtæ, Sociniani Occidentalibus Chriſtianis annumeramus.

9. Ethniciſmus varias habet adhuc ſpecies, etſi olim longè plures, quarum magnus numerus magno bono interiit, ut Romanorum, Græcorum, Perſarum, Gallorum, Germanorum, Gothorum &c.

Sed nos de illis tantum ſpeciebus, quæ hoc ſeculo miſeros mortales tenent, loquemur.

10. Complectitur autem Ethniciſmus quatuor genera. 1. Homines feros, ſylveſtres & atheos, anthropophagos, qui ſine ulla Dei & Numinis cognitione vivunt. 2. Illos qui ſtellas colunt, inprimis Solem & Lunam. 3. illos, qui multos venerantur Deos. 4. Illos, qui unum quidem Deum venerantur ſupremum, ſed cum eo plures neque ex revelata Scriptura ſacra.

Ad quartam hancce & tertiam claſſem referenda eſt 1. Chinenſium religio. 2. Brachmanum in India. 3. Iaponiorum. 4. Guineæ incolarum in Africa & vicinorum populorum. 4. Monomota-

pæ religio. 5. Americanorum quorundam religiones. 6. Samojedæ ad fretum VVeigats 7. Perſarum, qui in India adhuc commorantur & antiquam Perſarum religionem retinere videntur. Ad Chinenſium & Brachmanum Indorum Religionem referendæ ſunt vicinarum gentium tam in continenti Indiæ, quam Inſulis multis adjacentibus, ut Iava, Borneo, Sumatra, Ceilano, Baldivis, Moluccis &c. religiones, quoniam ex illis duabus reliquæ omnes derivatæ videntur.

11. Ad faciliorem horum, quæ diximus, comprehenſionem, tabella quadam hîc è regione inſertâ, ea comprehendere duxi conſultum.

12. Circa diviſionem hanc notandum eſt. 1. Iudæorum nomine illos quoque intelligi, qui Iudaicæ religioni addicti in Orientalibus regionibus, Perſia, China, India commorantur magno numero. Etſi enim in China non vocentur Iudæi, ſed Iſraelitas ſe eſſe fateantur, adeò ut ipſi appellationem Iudæi ignorent: tamen hi Iſraëlitæ cum noſtris Iudæis eandem tenent religionem, atque Pentateuchum, alioſque Veteris Teſtamenti libros aſſervant. Quod autem Iſraëlitarum, non Iudæorum appellationem gerunt, id ex eo eſt, quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

niam hi ſunt ex illis decem tribubu
quæ à Salmanaſſare Rege Aſſyriorum
anno ante Chriſtum natum ſeptinger
teſimo & viceſimo abductæ ex Palæſtin
in Aſſyriam, deinde progreſſu tempori
per omnia Orientis regna diſperſa
ſunt. Dicebantur autem decem hæ tri
bus jam tunc temporis cum in Palæſti
na adhuc agerent, Iſraëlitæ, non Iudæi
quoniam hæc appellatio demum poſt
Iſraëlitas abductos cœpit eſſe generalis
& communis incolarum Palæſtinæ le-
gem Moſaicam obſervantium & ad Ia-
cobum genus referentium. Etſi autem
in levibus quibuſdam rebus Iudæi à ſe
invicem diſcrepent, ea tamen differen-
tia tanta non eſt, ut diverſas ſectas ef-
ficiat.

Secundò. De atheis quidam dubi-
tant, alii omnino exiſtere eos negant,
atque cum Cicerone putant, nullos dari
tam feros homines, qui non ali-
quem agnoſcant & venerentur Deum.
Nos illis opponimus manifeſtam & cui
cum judicio contradicere nequeunt, ex-
perientiam. Multos ex Græcis Philoſo-
phis homines certè haud quaquam fe-
ros, negaſſe omnes Spiritus & Dei exi-
ſtentiam vel ſaltem de iis dubitâſſe, te-
ſtantur antiquitatis Scriptores: & Pro-
tagoram quidem ab Athenienſibus eam
ob

ob cauſam civitate pulſum eſſe Diogenes Laërtius & alii clare affirmant.

Non jam dicam de illis, qui quanquam inter Chriſtianos verſentur, tamen athei ſunt, ſed de remotis populis agamus. In deſcriptione Religionis Iaponenſis narravimus tam ex Ieſuitarum quam Belgarum annotationibus, quod multi hic reperiantur, qui nullam divinitatem credant, nempe illos, qui ex Ienxuana hæreſi ſunt. Præter hoſce dari feros & ſylveſtres populos, (quorum plerique ſunt anthropophagi & ſine ulla Republica) qui nullum Dei cognitionem habeant ſatis ſuperque per navigationes comprobatum eſt, nimirum in populis totius Braſiliæ, populis circa fretum Magellanicum, ad Promontorium Bonæ Spei, parte Inſulæ Sumatræ Auſtrali, item in Madagaſcare Inſula & Hornanis inſulis ad novam Guineam. Etenim qui navigationem navarchi le Maire circa totam tellurem per fretum ab eodem le Maire dictum deſcripſit, atque in hiſce inſulis multos dies commoratus eſt, ita loquitur: Non potuimus, inquit, ex ullis indiciis colligere, quod hic populus Deum aliquem colat: vivunt ſine omni cura, ut aves in ſylvis, neque emendi vel vendendi illis mos eſt; neque ſerunt neque metunt,

nec aliis laboribus fatigantur : tellus ipſa ſine cultu largitur eis, quæ ad vitam ſuſtentandam ſufficiant, nempe Cocos, Vrbes, Bananas & ſimiles fructus; ex animalibus porcos tantum habent. Hæc in illa Deſcriptione.

De Braſilianis anthropophagis narrant hiſtoriæ, cum Europæi aliquando ſumtâ occaſione à vehementi tonitru exiſtentiam Dei huic genti perſuadere conarentur, illos non erubuiſſe impudenter reſpondere, talem Deum nequam eſſe oportere, utpote cui volupe eſſe hominibus terrorem incutere.

Tertiò. Ad ethniciſmum quoque reducendi eſſent illi, qui à Scriptoribus quibuſdam commemorantur adorare animalia, plantaſque. Sed ego huic narrationi nunquam potui fidem adhibere, neque exiſtimo dari gentem eâ judicii debilitate. Et quam falſæ ſint Scriptorum hiſce de rebus annotationes, ex eo poſſumus colligere, quod Romani Scriptores & quidem præclari, non veriti ſint Iudæis aſſcribere venerationem porci, atque hoc nomine dementiæ eos arguere; quo quidem commento quid falſius aut ineptius eſſe dicemus?

13. Hiſce de Diviſione Religionum præmiſſis, jam ordo poſtulat, ut ſingularum regionum religionem enumeremus,

nus, & primo quidem loco regiones Europæ perluſtrabimus.

Hiſpaniarum Rex in ſuis regnis & ditionibus, nimirum Hiſpania, regno Neapolitano, Sicilia, Sardinia, Belgii parte quam adhuc tenet, nullam tolerat religionem præter Pontificiam, neque ulli alterius religionis ſedes conceditur: quin potius omnia funditus bello vaſtari & deleri ſineret: ideo in hiſce locis viget ſevera Inquiſitio.

Gallia quanquam incolas maxima ex parte Pontificiæ religioni addictos habeat, tamen Lutheranis & Reformatis quoque in quibuſdam locis publicum religionis exercitium hodie conceditur extra urbes.

Italia Pontificios tantùm admittit: multos tamen etiam Lutheranos & Reformatos ſine publico religionis exercitio tolerat.

Sabaudia quoque Pontificiæ eſt religionis exceptâ liberâ civitate,

Geneva, quæ Reformatæ eſt religionis.

In *Germaniæ* provinciis ſuperioribus obtinet Pontificia religio, etſi Iudæos quoque Cæſar admittat & egregiis privilegiis jam olim donaverit: Lutheranos tamen hodie non tolerat; multò minus Reformatos. In provinciis Germa-

niæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

niæ inferioribus, ut Saxonia, Holſatia &c. Lutherana viget religio: in Palatinatu, Haſſia, & VVeſtphalia Reformati quoque florent.

Hamburgi & in quibuſdam aliis Germaniæ locis Anabaptiſtæ quoque reperiuntur magno numero, quibus tamen in urbe non conceditur habere templum, ſed extra urbem in vicini Comitatus quodam oppido ſacra ſua peragunt, ſicut etiam Reformati.

Elector Brandeburgicus eſt quidem Reformatæ religionis, ſed ſubditi ejus tam in Marchia quàm Boruſſia ſunt Lutherani.

Polonia habet Pontificios, Lutheranos, Reformatos, Socinianos, Anabaptiſtas, Iudæos, ſingulis publici exercitii religionis poteſtas, ſed Pontificii ſummam obtinent poteſtatem.

Hungaria quoque præter Pontificios alit Lutheranos & Reformatos cum libero religionis exercitio.

Dania, Suecia, (ad quam pertinet amplum regnum Finlandiæ & magna pars Lappiæ) Norvvegia Lutheranam religionem profitentur.

Anglia, & Scotia Reformatæ ſunt religionis. In Irlandia plurimi ſunt addicti Pontificiæ religioni: alii Reformatæ.

Belgæ fœderati etſi Reformatam tue-

antur

antur doctrinam, tamen Lutheranos quoque tolerant & in quibuſdam civitatibus publicum templum concedunt, in quibuſdam denegant. Eodem ferè modo Anabaptiſtas habent. Iudæis Amſtelodami magno numero commorantibus publicum religionis exercitium conceſſum eſt, & nuper quoque Roterodami. Sociniani etiam & aliarum hæreſium cultores reperiuntur. Pontificiæ religioni multi ſunt addicti, qui etſi poteſtate liberi exercitii religionis non gaudeant, tamen clandeſtinos conventus habent multos.

Helvetii partim Reformatæ partim Pontificiæ religionis cultores ſunt, ut etiam Rhæti, & Helvetiorum ſtipendiarii.

Græca autem *Eccleſiæ* in Europa membra ſunt, Bulgari Servi, Boſni, Sclavoni, Moldavi, Valachi, Tartari Precopenſes, Thraces, Græci, Macedones &c. in quibus tamen regionibus etiam Mahometana colitur religio. Moſcovia verò tota eſt Græcæ Eccleſiæ neq; ullam aliam religionem habet, quemadmodum etiam Ruſſia Regi Poloniæ ſubjecta.

Mahometana religio in Europa colitur iis provinciis, quas modò enumeravimus, præcipuè in Thracia & Græcia, & præterea Hungariæ parte, quam Cæ-
ſari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ſari ademit Turca. Et Conſtantinopoli ubi ſedes eſt Imperii, ſedem quoque fixit ſupremus Mahometanæ religionis Pontifex Maximus, quem Muſti vocant: et Turca in omnibus hiſce regnis Iudæos toleret & Chriſtianos ſine ſectarum diſcrimine, publicumque religionis exercitium concedat, & Conſtantinopoli ſupremus Græcanicæ Eccleſiæ Patriarchia, ut etiam Armeniorum, agat.

Atque ita quomodo in Europæ regionibus cum religione comparatum ſit vidimus. Ex quibus etiam ſimul patuit quinque tantum religiones eſſe, quarum cultores ſummam adminiſtrationis poteſtatem in quibuſdam regionibus habeant, nempe Pontificiam, Lutheranam Reformatam, Græcanicam, Moſcoviticam, & Mahometanam. Aliis religionibus addicti ut Iudæi, Anabaptiſtæ, Sociniani in nulla provincia ad Reipublicæ gubernaculum ſedent.

Ethnici in Europa nulli ſunt, etſi in ultimis terminis ad fretum VVeygats in provincia Samojeda Idolorum cultores eſſe, Belgarum navigationes teſtentur.

De Aſiæ populorum Religione.

ASiam totam Mahometana infecit religio, neque ulla ejus eſt provin-

a, vel inſula (ſi Chinam & Iaponiam
cipias) quæ non ejus aliquot cultores
numeret; uſque ad ipſas Moluccas ni-
irum in Turcico & Perſico Imperio
oret: in Tartaria, India atque adjacen-
bus Inſulis à plurimis colitur.

Per totam tamen ferè Aſiam repe-
iuntur Chriſtiani Græcæ Eccleſiæ ma-
no numero, & huic integræ quædam
artarorum regiones ſunt addictæ.
eorgiani quoque inter Mæotidem pa-
idem & Caſpium mare, colunt hanc.

Sed & Armenii & Neſtoriani repe-
iuntur à Græcis diverſi. Cæterùm præ-
er Chriſtianam & Mahometanam re-
igionem Aſia abundat ethnicis religio-
nibus quibus dediti ſunt Chinenſes, Sia-
menſes, Indique alii in Malabarico at-
que Coromandelio littore populi & in
Inſulis pleriſque incolæ, Iaponii, Iava-
ni, Ceilanenſes &c. Perſæ quoque Eth-
nici reperiuntur in India. In hiſce re-
gionibus Mahometani quidem etiam
reperiuntur, ſed Chriſtiani Græcæ Ec-
cleſiæ nequaquam, neque alii (exceptis
illis paucis in India, qui Thomæi ap-
pellantur. namque S. Thomas hæc loca
dicitur convertiſſe ad Chriſtum) niſi
quod à Luſitanis ante ſeculum & ultra
quidam ad Pontificiam religionem ad-
ducti ſunt: ſed parum effectum eſt, cum
gen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

gentes illæ liberiorem vitam præfera
Chriſtianæ neque ſatis capaces ſint m
ſteriorum Chriſtianæ religionis: pr
terea Luſitani ex plurimis locis à Bel
expulſi ſint.

De Africanorum Religione.

AFricæ quoque magnam partem o
cupat Mahometana hæreſis, inpr
mis maritima regna, nimirum Æg
ptum & omnes mari mediterraneo a
jacentes provincias, Feſſanum, Maro
co &c. quæ jam uno vocabulo dicu
tur Barbaria (ubì olim Chriſtiani pa
tim Orthodoxi partim Arriani flor
bant). Inde in Occidentali Africæ li
tore à Marocco uſque ad promont
rium Viride propagatum eſt hoc d
gma. Eodem modo in Orientali Afr
cæ littore ab Ægypto uſque ad fluvium
cui à Spiritu ſancto nomen eſt regn
Melinde, Moſambique, Quiloam, So
falam pervaſit. Solius littoris, quo
meridiem ſpectat, regna libera man
ſerunt ab hoc nefario errore, nimirum
Guinea, Congi, Angola, Monomota
pa. Sed hæc interim in non minori ver
ſantur ignorantia, nempe ethniciſmo
cum quidam Solem & Lunam adorar
dicantur, alii Deos, alii omnino Dii
careant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

De interioribus Africæ regionibus, trum Mahometani an ethnici ibi ſint, aud certò conſtat.

Solus in Africa Religionis Chriſtiaæ, Græcæ nimirum, conſervator & tuor eſt Rex Abaſſinorum multis polulis imperans. In Ægypto quoque nulti Chriſtiani reperiuntur, cum in ea t Patriarcha Alexandrinus.

Portò, populos in meridionali Afriæ littore Luſitani ad Pontificiam religionem adducere conati ſunt. Primus mnium baptizatus eſt Rex Congi cum xore & aliis multis, anno poſt Chriſtum natum milleſimo, quadringenteſio, nonageſimo primo, ut Maffeus anotavit: deinde quoq; Sebaſtiano in Luſitania regnante, Cæſar Monomotapæ aptiſmi ſacro latice expiatus religioem Chriſtianam amplexus eſt. Cæteùm, deinde progreſſu temporis ſuceſſus non reſpondit ſpei. Namque & eges alieni facti ſunt à religione, & opuli liberiorem & voluptuoſam viam prætulerunt novæ religioni. Aliui tamen hodie adhuc reperiuntur in lis Chriſtiani.

Ad promontorium Bonæ ſpei qui egunt populi, cenſentur nullius religionis neque Numinis cognitionem abere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Americanorum Religio.

AMericani ante Hiſpanorum adve
tum in illas terras, omnes quide
ethnici erant, ſed diverſi tamen à ſe i
vicem. Alii enim Solem & Lunam v
nerabantur, ut Peruviani, qui etia
Reſurrectionem mortuorum cred
bant: Braſiliani nec Deos nec ſtellas c
lebant. Mexicani Deos agnoſcebant
templa exſtruxerant.

Septentrionales Americani in Flor
da & remotioribus regionibus parti
ſtellas honorabant, partim athei eran
& adhuc ſunt, quippe ab Europæis no
dum ſubjugati.

Cæterùm quoniam Hiſpanus ja
Americæ nobiliſſimas partes, Mexic
nam & Peruvianam poſſidet, & ab H
ſpanis hæc loca magno numero inc
luntur, ideo Pontificiæ religioni regn
hæc annumeranda ſunt.

Chilenſes qualem ethniciſmum f
veant, nondum cognovi. Ad Magella
nicum fretum feri & ſylveſtres homine
ſunt.

De Terræ Auſtralis incolis nondu
quicquam, quod fide dignum ſit, edi
tum eſt.

D

Deſcriptio brevis Religionum.

SIc itaque omnium populorum totius terræ religiones enumeravimus.

Quoniam autem harum præcipua capita, & convenientiam atque diſcrepantiam utile eſt cognoſcere, ideo de hiſce quædam adjungenda eſſe exiſtimavimus.

Quantum itaque ad Iudæorum, Pontificiorum, Lutheranorum & Reformatorum religiones attinet, de hiſce peculiarem explicationem inſtituere, ſupervacaneum foret, cùm nemini non harum doctrina cognita ſit. Vt tamen paucis dicamus, *Iudæi* Chriſtum fuiſſe promiſſum Meſſiam pernegant, multo minus pro filio Dei agnoſcunt, quoniam unam tantùm perſonam in divinitatis eſſentia ponunt, & Trinitatis myſterium rejiciunt. Novi Teſtamenti Scripturam ſacram non recipiunt, ſed veteris tantùm Teſtamenti libros.

Sociniani etſi Chriſtiani eſſe velint, tamen cum Iudæis & Trinitatem & quod conſequens eſt in Chriſto divinam naturam negant. Etenim Chriſtum hominem tantùm eſſe volunt, eum tamen à Deo divinis inſtructum fuiſſe dotibus ut Doctor eſſet & explicator legis atque divinæ voluntatis ul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tro fatentur. Ideo ejus paſſione & morte noſtram Iuſtificationem & ſalutis æternæ ſpem inniti negant, ſed hanc in miſericordia & bonitate Dei collocant, qui ſine alterius ſatisfactione homines pœnitentes in gratiam recipiat.

Anabaptiſtæ fingunt cum antiquis hæreticis Valentinianis, Chriſtum non verum Mariæ filium fuiſſe neque ex ea corpus aſſumſiſſe, ſed hoc è cœlo ſecum attuliſſe & poſtea per Mariam tanquam per fiſtulam percolatum pertranſiiſſe. Iidem Spiritui Sancto divinam eſſentiam denegant. Ab errore circa Baptiſmum nomen ſortiti ſunt. Impugnant quoque non tantùm Eccleſiaſticum miniſterium, ſed etiam magiſtratum politicum. Vitæ Sanctimoniæ plus aſſcribunt quàm Scriptura admittit.

Pontificii hoc habent ſingulare, quod Papam Romanum Eccleſiæ caput eſſe velint, neque verum Eccleſiæ membrum cenſeri poſſe quenquam, qui illum non agnoſcat. In articulis de Euchariſtia, Sanctorum cultu, & de bonis operibus diſſident præcipuè ab Orthodoxa & Apoſtolica doctrina, quanquam hodie Ieſuitæ diſtinctionibus & limitationibus ſuis tolerabilem magis doctrinam reddiderint.

Reformati præcipue in Articulo de Eu-

Euchariſtia & de Prædeſtinatione diſſident à Lutheranis, hodie tamen multò proprius accedunt, quàm olim. Sed hæcce, cum lippis & tonſoribus nota ſint, omitto.

De Græca Eccleſia.

QVæ dudum Græca dicta eſt Eccleſia, ea in Thracia, Macedonia, Epiro, Theſſalia, Græcia propriè dicta (quæ regiones uno nomine Græcia dictæ ſunt) primum floruit, deinde per totam ferè Aſiam atque Africam ſe extendit: etſi ex Syria primò ſit derivata ad Græcos. In ipſis doctrinæ capitibus parum à Pontificiis diſſident: præcipua controverſia eſt de primatu Papæ Romani, quem illæ Eccleſiæ non agnoſcunt, cum Patriarcha Conſtantinopolitanus ab illis obſervetur. Quanta certamina & rixæ circa annum quadringenteſimum poſt natum Chriſtum ob hanc dignitatis eminentiam excitata ſint, de eo legi poſſunt Eccleſiaſticarum antiquitatum Scriptores. Origo autem certaminis ea fuit, quod Conſtantinus Magnus anno CCCXXXI relicta Româ ſedem Imperii Conſtantinopolin elegerit. Tunc enim Epiſcopus Byzantinus ſeu Conſtantinopolitanus præſentiâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Cæſaris plus ſibi ſumere cœpit & vicinarum gentium Epiſcopi pluſculum tribuerunt. Anno dein CCCLXXXI ſecundus ab Epiſcopo Romano delaratus & Patriarcha vocatus. Anno CCCCLI par ei cum Epiſcopo Romano attributa dignitas. Deniq; anno DC Oecumenicus, & Generalis Patriarcha appellatus eſt. Sic ſimultates & odia creverunt. Etſi verò Cæſar Phocas ſexto ſuper ſexcenteſimum anno Papæ Romano adjudicaverit eminentiam, atque in Concilio Romano ejus edictum ad omnes Epiſcopos promulgatum ſit, & in ſequentibus Conciliis eminentia hæc aliquoties Pontifici Romano confirmata, nihilominus Patriarcha Conſtantinopolitanus autoritatem ejus tanti non fecit, ſed ſæpius contradixit, atque Eccleſiæ in locis Thraciæ vicinis, Aſia & Africa huic adhæſerunt. Acceſſit controverſia de Imaginum in templis uſu, magno zelo ab utraque parte tractata, item de Sanctorum adoratione, quam in Concilio Conſtantinopolitano, anno triceſimo ſupra ſeptingenteſimum Orientales damnârunt. Poſtea de proceſſione Spiritus Sancti diſputatum eſt: namque à Patre ſolo proceſſiſſe acriter defendunt Græci. Ceterùm præcipua manſit in hunc uſque diem diſſensûs in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

er illos & Pontificios cauſa, quod Pa-
am Romanum pro Capite Eccleſiæ
olint agnoſcere.

Etenim de Imaginum uſu & Sancto-
um adoratione jamdudum Pontificio-
um ſententiam ſecuti ſunt, ut Schvvei-
gerus in ſuo Itinerario refert, quoniam
n templis ſuis multas Imagines ut
Chriſti, Mariæ, apoſtolorum, marty-
rum, S. Baſilii, Conſtantini Magni, He-
lenæ non tantùm collocatas habeant,
ſed etiam venerantur: præterea Sancto-
rum apud Deum Interceſſionem implo-
rant: atque diſtinctione inter λατρείαν,
δουλίαν, ὑπερδουλίαν ſe defendunt: ſtatuas
autem & ſculptilia explodunt, quod
Latini improbant. Bonis quoque ope-
ribus non minus tribuunt quàm Ponti-
ficii, inprimis jejuniis, quæ adeo fre-
quentia obſervant, ut ſupputatis omni-
bus jejuniorum diebus, hi dimidiam
anni partem ſuperare deprehendantur.
Atque hæc cauſa eſt, quod Pontificii
Græcos hoſce ſeu Orientales non appel-
lent hæreticos; ſed ſchiſmaticos (niſi
quando ſeveriores ſunt, ut Poſſevinus
illos interdum Schiſmaticos hæreticos
vocat.) Quanquam etiam in Euchari-
ſtiæ Sacramento valdè à Pontificiis diſ-
ſentiunt, cum omiſſionem calicis nun-
quam approbaverint. Separatim tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

panem & vinum non exhibent, ſed commixta hæc in cochleari præbent & quidem fermentatum & vulgarem panem uſurpant: azymum verò rejiciunt, quæ etiam magna diſſidii pars eſt; & ſingulis quidem Dominicis diebus & feſtis conveniunt in templis, atque pſalmis, lectionibus, celebratione Miſſæ, precatione ſolenni ſacrum cultum peragunt, omnia hæc Græco puro ſermone, quem vulgus non intelligit. Conciones autem non niſi diebus jejuniorum habentur, & quidem vulgari & corruptâ Græcâ linguâ, quam auditotores ſatis capiunt: teſtimonia tamen Scripturæ & ex Patribus petita Græco idiomate, quo ſcripta ſunt, hoc eſt, puro, proferunt. Habet autem Patriarcha ipſe pleraſque conciones.

Purgatorium non agnoſcunt ut Pontificii, ſed animas, antequam ad cœlum admittantur, ad infernum duci, ut ſuppliciorum aſpectu terreantur, donec precibus Sanctorum & Sacrificio Miſſæ inde ad cœlum transferantur.

Sacerdotes uxorem ducunt, ſed non licet illis ad ſecundas nuptias tranſire: iidem à carnibus ſemper abſtinent: piſce tamen veſcuntur.

A ſanguine quoque & ſuffocato abſtinent.

Vnctio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Vnctionem Confirmationis Pontifiiorum non adhibent. Iejunium quoque quadrageſimale maturius, quàm Pontificii faciunt, incipiendum ſtauunt.

Exhibent quoque infantibus & pueis SS. Euchariſtiam, ut olim Huſſitæ.

Quatuor Patriarchæ numerantur in Græca Eccleſia, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus. Antiochenus & Hieroſoymitanus. Ex hiſce primarius eſt Conſtantinopolitanus, gerens titulum Geeralis Patriarchæ, cujus etiam inſpeſtioni & Eccleſiaſtico regimini plurimæ Eccleſiæ ſubjectæ ſunt, nimirum omnes Europææ ut Thraciæ, Græciæ, Myſiæ, Bulgariæ, VValachiæ, Ruſſiæ, Moſcoviæ, item Aſiæ minoris, inſularumque Ægei maris. Reditus annuos non habet, niſi quos à diverſarum regionum Chriſtianis collectos accipit, ſingulis nimirum annis viginti millia aureorum (Ducatorum). Ex hac pecunia miniſtros atque Officiarios alere, & præterea Turcarum Imperatori quinque millia ducatorum ſolvere tenetur. namque ab hoc Imperatore eligitur Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Alexandrinus Patriarcha præeſt Eccleſiis, quæ ſunt in Africa, inter quas Abaſſinorum præcipua eſt. Antioche-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

nus & Hieroſolymitanus Eccleſiarum Syriæ, Palæſtinæ atque Aſiæ majoris curam gerunt.

Monachis quoque & Monialibus Eccleſia hæc non caret.

De Abaſſinis

ABaſſini etſi Patriarcham Alexandrinum obſervent pro Archiepiſcopo, atque ab hoc juris divini reſponſa, rituſque petant, tamen habent quædam ab aliis diverſa. 1. Circumciſionem retinuerunt ex Iudaiſmo, de qua in primitiva Eccleſia magnæ erant controverſiæ. Schvveigerus quoque ab aliquo Abaſſino ſibi narratum eſſe ait, quod puellis etiam circumciſio adhibeatur. Præterea duplici baptiſmo uti dicuntur, uno per aquam, altero per ignem inuſtis temporibus & fronte, etſi alii hanc inuſtionem ob ſanitatem fieri dicant. 3. Moſaicas leges de licita & illicita carne atque cibo adhuc obſervant, item leges de contaminatione corporis & expiatione 4. Diem Saturni cum Iudæis celebrant pro Dominica die. 5. Euchariſtiæ Sacramentum ſingulis diebus in Templis adminiſtrant. 6. Singulis annis in Epiphaniæ feſto tam ſenes quàm juvenes, mares fœminæque baptizantur in memoriam baptiſmi Chriſti, qui huic

[h]uic diei à nonnullis aſſcribitur.
[P]orrò Reges Abaſſini referunt genus
[a]d Salomonem, ex quo Regina Sabæ
[p]rægnans facta, poſtquam in Æthio-
[p]iam rediit, enixa ſit puellum regni hæ-
[r]edem, à quo reliqui Æthiopiæ reges
[c]ontinuâ ſucceſſione ortum duxerint.
[V]nde titulum gerit hunc:

***. Supremus meorum regnorum,
[à] Deo unice dilectus, columna fidei, or-
[t]us ex ſtirpe Iuda, filius David, filius
[S]alomon, filius columnæ Sion, filius ex
[ſ]emine Iacob, filius manus Mariæ, filius
[ſ]anctorum Petri & Pauli ſecundùm gra-
[t]iam, Imperator ſuperioris & inferioris
Æthiopiæ &c.

Pontificii, inprimis Ieſuitæ in medio
prioris ſeculi omnem moverunt lapi-
dem, ut Abaſſiam à Græca Eccleſia &
Patriarcha Alexandrino abalienatam
adducerent ad Romani Pontificis ob-
ſervantiam. Et quoniam eo tempore
Abaſſinorum Rex à Mahometanis Afri-
canis aliquoties cæſus & in anguſtum
ejus vires adductæ erant, ideo ſpe Luſi-
tani auxilii (quo etiam feliciter ali-
quando uſus eſt contra hoſtes) minus
durum ſe præbuit Ieſuitis, imo eò tan-
dem deducta res eſt, ut miſſis Legatis ad
Romanum Pontificem (qui ad Regem
Luſitaniæ ſimul miſſi erant) paratam ad
omne

omne obſequium, voluntatem ac ſtudium cum ſolemni adoratione & oſcul[o] detulerit (ut ait Maffeus) anno M D XX[V] circiter. Itaque anno triceſimo poſt, nimirum M D L V Ieſuitis annitentibus qui magnam gloriæ ſpem ex convertendis Abaſſinis ad Pontificiam Eccleſiam conceperant, & vivente adhuc atque inſtigante Ignatio Lojola, (mortuus autem eſt proximo anno) cujus prolixas literas de primatu Papæ Romani ad Abaſſinorum Regem ſcriptas vide in Maffei Hiſtoria Indiæ Orientalis libr. XII. miſſus eſt illuc à Pontifice, titulo Patriarchæ ex Ieſuitarum ordine (qui non niſi mandato Pontificis coactus munus hoc ſuſcipere voluit, cùm ſit contra Ordinis inſtituta) duodecim additi Sacerdotes, qui etiam ex ordine Ieſuitarum erant, nimirum, ut Abaſſinorum Regem promiſſi dudum per legatos facti admonerent atque juxta hoc templa atque ſcholas regni occuparent, & Pontificis autoritatem ſtabilirent. Cum verò hi Ieſuitæ Goam Indiæ primariam urbem Luſitanicæ poteſtatis, ut inde neceſſario apparatu inſtructi Abaſſiam peterent, delati eſſent, Prætor Indiæ Luſitanus jam præmiſerat illuc quendam, qui Patriarchæ & Sacerdotum adventum Regi denuntiaret. Sed magna ſpe dejecti

i ſunt. Etenim Regis ſtudium erga ontificios dudum refrixerat, cum pous ſimulatio mera quàm ex animo rofecta ea officii ſpecies fuiſſet. Primo aque Rex tergiverſari, deinde promiſorum admonitus in librarium & inerpretem culpam rejicere, denique paam dicere, fraternâ quidem in Luſitaum Regem voluntate ſe eſſe ac fore, ed nihil minus ſibi in mentem veniſſe uàm ut idcirco à majorum inſtitutis c tot ſeculorum corroborata religione eficeret. Deinde cum Ægyptius antiſtes veniſſet in Abaſſiam miſſus à Patrircha Alexandrino ad ordinandum cleum, atque Rex ab illo petiiſſet, ut cum uropæo ſacerdote certamen iniret vel cripto refelleret, hic reſpondit, nullum ibi cum hæreticis commercium ſermois eſſe, imò religionem incuſſit Regi, uod impia ſcripta (Ieſuitæ Rhoterigi) egere eſſet auſus, idque ne in poſteum faceret, minaciter vetuit. Hæc ex Maffeo excerpta ſunt, qui prolixè de llis agit paſſim in libro antea citato.

De Moſcovitica Religione.

MInus à Græcis diſſident Moſci quàm Abaſſini : vocatur quoque Ruthenorum religio, quia Rutheni, qui Regi Poloniæ parent, inter quos etiam ſunt

ſunt Coſacki, eandem tenent. Notum quippe eſt, quod Ruſſia dividatur in Nigram & Albam: quarum illa Poloniæ paret, hæc præter alias regiones ipſam Moſcoviam complectitur.

Quantum ex Poſſevino, qui aliquot annos ibi commoratus eſt & prolixè deſcripſit regni ejus ſtatum, colligere licet, peculiaria habent Moſci in religione hæc: 1. Fornicationem ſimplicem non cenſent eſſe peccatum. 2. Sacerdotes antequam poſſint ſacerdotio fungi uxorem virginem ducere tenentur, qua mortuâ, abrogatur eis Sacerdotium. 3. Vſuram non putant eſſe peccatum. 4. Sanctum Nicolaum præ cæteris Sanctis colunt ita ut hujus quoque ſculptam imaginem habeant in paucis locis: namque cum Græcis omnia ſculptilia & ſimulachra damnant, ne ipſius Chriſti quidem excepto. 5. Sanctos quoſdam colunt, & eorum parvas imagines venerantur, de quorum ſanctitate nec Græca nec Romana Eccleſia novit. 6. Negant extremam unctionem prodeſſe ad ſanitatem corporis recuperandam. 7. Indignos non accipere corpus Chriſti in Euchariſtia ſtatuunt. 8. Rutheni & Moſci ſigno Crucis ſe muniunt, primò quidem à media facie ad dextram, deinde ad ſiniſtram

digi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

digitos reducendo, quia Filium à dextra Patris; Spiritum Sanctum à ſiniſtra fingunt ſedere.

Porrò, quamvis certum ſit, Moſcoviam demum poſt milleſimum Chriſti annum Duce Volodomirio, ad Chriſtianam religionem converſam fuiſſe ſtudio Græcorum & Patriarchæ Conſtantinopolitani, à quo etiam Metropolitam acceperunt: Moſci tamen hoc fateri nolunt, ſed ab Andrea Sancti Petri fratre Chriſtianam religionem primò in hiſce regionibus prædicatam fuiſſe defendunt, atque Eccleſiam ſuam æquè vetuſtam ac Romanam eſſe gloriantur, ideo autem ſuam præferendam Romanæ volunt, quod cum hæc in multas ſectas diviſa ſit, illa ad hunc uſque diem conſtans & immutata manſerit.

Deſierunt quoque Metropolitani Ordinationem à Patriarcha Conſtantinopolitano petere, ſed Magnus Dux hujus electionem ſibi ſumſit, quod primus fecit Magnus Dux Baſilius circa medium prioris ſeculi.

Etenim cum Baſilius hic à Patriarcha Conſtantinopolitano petiiſſet Metropolitanum, atque hic miſſus, Baſilii vitia & diſſenſum Eccleſiæ Moſcorum à Græca carperet, conjectus eſt in carcerem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

cerem, è quo nunquam liberatus eſt, et ipſe Turcarum Imperator acriter ho poſtularet à Moſco. Nihilominus ſin gulis annis quingentos aureos Patriar chæ Conſtantinopolitano Moſcus mit tit in eleemoſynam. Metropolitanu verò reditu annuo gaudet octoginta millium aureorum. Ei quoque venient Magnus Dux cum aulicis obviam pro- cedit atque manus oſculatur.

In hac quoque gente ad Pontificis Romani autoritatem adducenda mul- tum operæ impenſum eſt à Pontificiis, inprimis à Ieſuita Poſſevino: Cumque circa annum M D L XXX Moſcus à Po- lonis magna ſtrage cæſus eſſet ita ut vix juſtum exercitum colligere poſſet atque ideo pacem admodum expeteret, Pon- tificii hanc occaſionem nacti jam tem- pus agendi eſſe exiſtimabant. Itaque Pontifex Romanus miſſo legato ad Re- gem Poloniæ & Magnum Moſcoviæ ducem, ad pacem hortatus eſt utrun- que, ſeque Mediatorem atque concilia- torem obtulit. Optata res erat Moſco: ideo ſimulare & magno Legatum Pon- tificis honore habere, ipſe quoque le- gatum ad Pontificem mittere. Cæte- rùm deinde anno M D LXXXII, cum jam pax facta & confirmata eſſet, legatuſ- que Pontificis de religione agere cum

Duce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Duce inciperet, nihil impetrare potuit. Etenim Dux Pontifici nihil promiſſum à ſe ajebat, quod ad religionis negotium ſpectaret: ſe verò Moſcoviticam religionem veriſſimam eſſe certò ſcire: denique urgente Legato expreſsè dicere, Pontificem Romanum ne quidem pro Paſtore Eccleſiæ habendum. Deinde tamen blandis verbis Legatum dimiſit. Ita & hic à Pontificiis nihil effectum eſt.

De Armeniorum Religione.

CHriſtiani qui Armenii vocantur, non tantum Conſtantinopoli, ſed etiam aliis Turciæ urbibus magno numero reperiuntur, ut etiam in Tartaria & Ruſſia. Patriarcham autem proprium habent Conſtantinopoli, quandoquidem Græcæ Eccleſiæ membrum non ſunt. Dicti autem à provincia Aſiæ, Armenia, quoniam primam hanc hæreſi ſua infecerunt, ſive ex hac primò doctrina eorum in alias propagata ſit regiones. A Mahometanis pluris æſtimantur quàm alii Chriſtiani, propterea quod olim Armenius quidam Sacerdos Mahometi, cum adhuc in tenui eſſet conditione, eam quam deinde obtinuit, potentiam atque dignitatem vaticinatus ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Cæterùm Græci non tantùm nullam cum Armeniis familiaritatem vel converſationem colunt, ſed etiam capitali odio ab illis diſſident, ita ut cum illis cibum capere vel ex eodem poculo bibere dedignentur. Præcipuum diſſidium eſt error eorum de perſona Chriſti. Etenim Eutychis ferè hæreſin ſequentes docent, ſuſceptam à Chriſto carnem in divinitatem fuiſſe converſam, rationem ejuſmodi affingentes: ſicut mellis aut aceti gutta, ſi in mare fundatur, amplius non cernitur nec ſubſiſtit: Ita & corpus Chriſti in immenſo Divinitatis pelago demerſum non conſervare amplius Naturam ſuam aut proprietatem. Iidem in cœna Domini panem carnis Chriſti negant eſſe corpus Chriſti, ſed Divinitatis corpus eſſe dicunt. Loca ſcripturæ, quæ de humana natura Chriſti teſtantur, ea de externa ſpecie & ſimilitudine explicant. Abutuntur loco Pauli ad Rom. cap.8, ubi Chriſtum ſuſcepiſſe formam & ſpeciem ſervi Paulus ait. Cultu quoque Iudaico boves & oves ſacrificare dicuntur, & victimarum ſanguine limina inungere. In aliis, ut ſacrificio Miſſæ, Sanctorum Cultu, jejuniorum æſtimatione &c. haudquaquam à Græcis vel etiam Pontificiis diſſident. Plura qui cupit, legat Euthymium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

nium parte 3. Panoph. Titulo 20.

Mahometanorum Religio.

PRæcipua hujus religionis, ſi ita blaſphemiam appellare fas eſt, capita ſunt hæc:

1. Tres perſonas in Divinitatis eſſentia negat, neque fieri poſſe exiſtimat, ut Deus filium progeneraverit, quandoquidem ad hoc uxoris operâ opus habuiſſet. Et vero mundi gubernationem inconſtantem variiſque mutationibus obnoxiam futuram, ſi Deo & conjux & filius eſſet.

2. Tres principes Prophetas numerat, Moſen, Chriſtum & Mahomedem. Etenim Moſen nimis difficilia præcepta tradidis ſe, ideo Chriſtum à Deo inſtructum hæc emendâſſe: ſed cum nec hoc ſufficeret, Mahomedem ultimam perfectionem & explicationem abſolutiſſimam voluntatis divinæ hominibus annuntiaſſe & libro conſcriptam reliquiſſe, quem Alnoranum vocant.

3. Ideo Chriſtum Deum fuiſſe vel Dei filium, hoc non tantùm pernegat, ſed etiam horrendam blaſphemiam eſſe ſtatuit. Nihilominus magnum eum Prophetam & à Deo magnis virtutibus & miraculorum poteſtate ornatum fuiſſe & in cœlum ſublatum ultro con-

cedit & Iudæorum blaſphemias in Chriſti nomen capitis pœnâ coërcet & punit.

4. Recipit libros Veteris & Novi Teſtamenti, quos in Arabicum converſos ſermonem legunt. Sed præter hos Alcoranum librum Mahometis maximi æſtimant, qui in corrigendis & immutandis ſcriptis Veteris & novi Teſtamenti magnam ſibi ſumit libertatem ſub eo prætextu, quod à Chriſtianis quædam addita ſint, vel corrupta. Itaque Deum appellare Patrem noſtrum, id cum blaſphemia & ſuperbia conjunctum eſſe putat: & in Orationis Dominicæ quinto membro, verba illa, *Sicut & nos remittimus debitoribus noſtris*, omittere jubet tanquam appoſititia, cum hæcce verba, Deo modum agendi vel remittendi peccata præſcribere videantur: Eliminat quoque ſecundam petitionem, *Adveniat regnum tuum*, quia Deus, inquit, jam ubique eſt.

5. Chriſtum nec paſſum nec mortuum eſſe ſtatuit, ſed pro eo Iudæos occæcatos Iudam proditorem apprehendiſſe. Fuère quoque Chriſtiani in primitiva Eccleſia, qui ſimile quippiam defenderunt, vel potius ſomniârunt.

6. Vitam æternam ſeu beatitudinem collo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

collocat in voluptatibus hujus mundi, nempe dapibus, nectare, pulcherrimis fœminis &c.

7. Eam autem felicitatem partim bonis operibus homines obtinere poſſe partim gratiâ & miſericordia Dei docet.

8. Vino jubet omnino abſtinere non ſine fabuloſa ratione, ſed Turcæ nihilominus clanculum eo utuntur avidiſſimè.

9. Iejunijs non paucos dies anni tribuunt: Turcæ quovis anno integri menſis aſſignant dies, quibus ante ſolis occaſum & ſtellarum apparentiam nullum aſſumunt cibum. Menſis autem conſtans non eſt, ſed ſingulis annis novus deligitur, nempe ordine eo, quo ſe inſequuntur.

10. Turcæ ſingulis diebus quinque obſervant precandi tempora. 1. Ante ſolis ortum. 2. Meridiem. 3. Veſperam. 4. Solis occaſum. 5. Mediam noctem. In precibus primis procumbunt in terram facie, quatuor vicibus: In ſecundis, decies: in tertia ſupplicatione, decies & ter: in quarta octies: in quinta quinquies. Et hiſce quidem ſtatis horis in templum accurrunt, niſi gravi negotio occupati ſint alio loco. Tunc enim in hoc ipſo lo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

co (ut Senatores in ipſa curia) manentes facie ad Mecham Arabiæ Mahometis ſepulchrum conversâ preces ſuas cum conſuetis geſtibus fundunt, & deinde ad operas atque conſultationem redeunt. Fæminæ autem templum nunquam adeunt religionis cauſa, neque precationi aut concioni ſolenni illis licet intereſſe: ſed in ædibus ſuis, ubi hora precum adeſt, divinum cultum præſtant. Pueros quoque Turcæ arcent à templis. Multis autem geſtibus præter luſtrationem, cultum peragunt.

11. Diem Veneris pro Sabbatho vel Dominica die colunt, quo etiam poſt recitatas ſolennes quotidianas preces ab uno ex Mahometanis Doctoribus concio habetur, nimirum ſicut noſtrates ex Bibliis certum textum prælegunt, ita illi ex abominando Alcorano capitulum deſumunt, cujus interiorem ſententiam populo explicent & admonitiones adjungant. Præcipuum argumentum concionum eſt commendatio Virtutum, dehortatio à vitiis, encomium Dei & Mahometis.

12. Circumciſionem ſtudioſè retinent, ſed non octavo à partu die adminiſtrant, ut Iudæi; verùm tertio demum aut quinto vel etiam ſeptimò ætatis anno.

13. Mo-

Monachorum apud Turcas ſunt quatuor Ordines, qui appellantur, ut Schvveigerus refert, Derviſler, Omalier, Calendier, & Torlachi, omnes mendici, pauperes, nequam & veteratores. Moniales autem nullas habet hæc religio. Pontifex maximus religionis, quem *Muphti* vocant, Conſtantinopoli ſedem habet, atque ſupremus eſt cauſarum Eccleſiaſticarum judex, quem ipſe Imperator interdum conſulit in rebus dubiis & magni momenti.

24. Mahometani ex lege tenentur ſingulis annis ſemel ſepulchrum Mahometis in Medina Arabiæ viſitare, in honorem nimirum Prophetæ ſui Mahometis, & conſequendam peccatorum remiſſionem: inde eodem itinere petunt Mecham ut celebre Abrahamo dicatum templum (quod ibi eſſe dicitur) venerentur, vel etiam quod Mahometh hic natus eſſe dicatur, hinc Hieroſolymam abeunt, quam vocant *Gudſumebarec*, hoc eſt ſanctus locus vel ſancta civitas. Hæc ex Schvveigero deſumſi.

15. Qui alterius religionis ſunt & Mahometanam ſuſcipere volunt, illi erecto pollice in hæc pauca verba jurare debent: Credo, unicum tantum eſſe Deum, & Mahomedem ejus Prophetam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

16. Alſtedius quidem quatuor Mahometanorum ſectas eſſe ſcribit, ſed diſcrepantiam non addit, neque ego in ullo autore qui de rebus Turcicis ſcripſit, de illà diſcrepantia quicquam reperi. Busbequius in epiſtolis à Baſſà quodam ſibi affirmatum eſſe ait, Perſas à Turcis in religione plurimùm diſſidere. Sed nec ille ullam diſcrepantiam annotavit: certe utramque gentem Alcorano inniti & ſummam tribuere authoritatem omnes conſentiunt: Schvveigerus tamen in ſuo Itinerario pauca de hac Turcarum & Perſarum diverſitate religionis habet, ſed ex quibus colligere liceat id quod alii etiam confirmant, controverſiam inter illos eſſe potius de regno & primatu quàm de religione, etſi ſub prætextu religionis bella gerant, odiumque capitale exerceant. Feruntur autem hujus diſſidii in religione autores circa annum M. CCCC. LXX. extitiſſe, & primus quidem Harduelles è veteri Regum Perſicorum ſtirpe, ſacris meditationibus & Alcorano explicando apprime deditus: Secundus Techelles ex Harduellis aſſeclis, qui in Armenia diu deliteſcens & in montanis eremitarum vitam agens tandem magnum ſanctimoniæ nomen conſecutus eſt, ita ut Mahometani, in primis Perſæ magno

ad

ad eum numero advolaverint. Tertius fuit Iſmael cognomine Sophi, filius Harduellis, qui cum diu ſacris meditationibus intentus fuiſſet, tandem quoque regnum Perſicum adeptus eſt, cujus apud poſteros in hunc uſque diem regnum manet. Cæterùm dogma illorum, quod in Mahometanam religionem intulerunt, fuiſſe dicitur hoc: Nemini ad æternam felicitatem ſufficere Alcoranum neque Dei legem, niſi quoque Doctrinam magni Prophetæ Ali obſervet. Hic autem Hali ex præcipuis fuit Mahometanæ religionis Doctoribus, quorum quatuor numerantur, Ebubecar, Ali, Oſman, Omar. Turcæ autem Omarum plurimi æſtimabant, ſed Ali negligebant & ex eo tempore, quo Perſæ illi tantam dignitatem attribuerunt, ſcripta illius deteſtantur. Præterea Perſæ non quidem in templis aut cultu divino ſed ad ornatum modò & animi jucunditatem imagines pictas habent: Turcæ autem omnes imagines abominantur. Alia quoque minoris momenti ſunt, in quibus diſſentiunt. Etſi autem hæc tanti non ſint, tamen Turcæ vehementer oderunt Perſas, neque quenquam horum ſuæ, hoc eſt Turcicæ cenſent religionis, niſi denuo circumcidi Turcico more ſe patiantur. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

alio autore quatuor diverſas Mahometanarum ſectarum opiniones de æterna ſalute conſequenda legi has; primam, quod nemo ſalvetur niſi per legem Mahometis: ſecundam, quod ex ſolâ Dei gratiâ ſalus hominum dependeat: tertiam ſacerdotes præcipui fovent, nempe unumquemque ex ſolis bonis operibus, non verò ex gratia vel lege Mahometis ſalutem conſecuturum eſſe: quarta opinio eſt, unumquemq; in ſua religione ſalvari poſſe. Hæc de impietate Mahometana ſufficiant. Iam quoniam in prioribus Iudæorum quoque & Chriſtianorum religionem explicavimus, reſtat ut de diverſis ethnicis ſuperſtitionibus agatur, quarum Deſcriptiones ex aliis autoribus collectas ſubjiciam.

Chinenſium Religio.

HAnc Nicolaus Trigautius Ieſuita, qui triginta annis commoratus eſt in China, capite x. libr. primi deſcripſit hunc in modum: Ex omnibus, inquit, Ethnicorum ſectis, quæ quidem in Europæ noſtræ notitiam devenerunt, hactenus nullam legi, quæ in pauciores errores inciderit, quam Sinarum gens prioribus antiquitatis ſuæ ſeculis legitur incidiſſe. In illius quippe libris lego, Sinas jam inde ab initio ſupremum

&

& unum Numen adoraſſe, quod ipſi cœli Regem appellabant, vel alio nomine cœlum & terram. Ex quo apparet, veteres Sinas opinatos fortaſſe cœlum ac terram animata, eorumque animam pro ſupremo Numine coluiſſe. Infra hoc Numen colebant etiam varios ſpiritus montium, fluminum, & quatuor mundi partium tutelares. In omnibus actionibus rationis dictamen audiendum dictitabant, quod lumen rationis à cœlo ſe accepiſſe fatebantur. De ſupremo verò illo Numine, deque ſpiritibus illius miniſtris, nuſquam legimus Sinas ea vitiorum monſtra evulgâſſe, quæ noſtri Romani, Græci, Ægyptii, vitiorum patrocinium in diis quærentes evulgârunt. Ex quo ſperari merito poteſt de immenſa Dei bonitate, non paucos è veteribus apud Sinas in lege Naturæ ſalutem inveniſſe, adjutos peculiari illo auxilio, quod nemini facienti quod in ſe eſt, ut ajunt Theologi, ſolet Deus denegare. Et hoc ex eorum Annalibus ab annis quater mille & eo amplius licet non obſcurè colligere, in quibus multa leguntur ab iis bene geſta, in patriæ bonique communis emolumentum. Idem colligitur è ſapientiſſimis voluminibus, quæ in hæc uſque tempora perſeverant, antiquorum Philoſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

loſophorum, quibus homines ad virtutem ſaluberrimis erudiunt inſtitutis. Qua in re celeberrimis noſtris Philoſophis cedere non videntur.

Quia verò natura corrupta ſine auxilio gratiæ ſemper in pejus ruit, labentibus deinde ſeculis primum illud lumen ita obſcuratum eſt, ut ſi qui fortaſſe ab inanium deorum cultu abſtinent, ex iis pauci ſint, qui non in Atheiſmum lapſu graviorę degenerent. Hoc porrò capite triplicem apud Sinas Ethnicorum omnium ſectam perſequar. Nam de Saracenis, Iudæiſque, & etiam Chriſtianorum apud Sinas veſtigiis, alius erit ex inſtituto dicendi locus.

Tres igitur Sinarum libri orbis terrarum ſectas numerant: nam alias minime nôrunt. Prima eſt *Literatorum*, altera *Sciequia*, tertiam *Laucu* vocant. Ex his tribus aliquam Sinę omnes, & reliqui populi contermini, qui Sinarum characteres habent, profitentur. Ii verò populi ſunt Iapones, Coriani, Leuquici, & Cocincinenſes. Literatorum ſecta Sinarum eſt propria, & in hoc regno antiquiſſima. Hæc Rempublicam gubernat, pluribus libris abundat, & ſupra cæteras celebratur. Legem hujus ſectæ non eligunt Sinæ, ſed unà cum literarum ſtudiis imbibunt, nec ex iis,

qui

qui literis incumbunt, aut literarios honores adipiſcuntur, ullus eſt, qui non eam profiteatur. Auctorem ſeu Principem Philoſophorum Confutium, de quo ſupra, agnoſcunt. Hæc porrò ſecta idola non colit, ſed nec habet. Vnum Numen veneratur, ideo quod ab eo conſervari gubernarique hæc inferiora omnia arbitretur. Spiritus etiam, ſed inferiore cultu, & contractiore dominio colit. Germani literati, conditi orbis nec modum, nec auctorem, ſed neque tempus docent. Germanos ideo dixi, quia nonnulli minus celebres, ſomnia quædam proponunt, ſed nugacia, nec vero ſimilia, quibus etiam ideo nulla fides adhibetur.

In hac lege de præmio bonorum ac malorum ſermo eſt, ſed fere arbitrantur id in hac vita dari, & vel in auctorem, vel in ejus poſteros, pro meritis, redundare. De animis immortalibus antiqui vix videntur dubitaſſe, nam de vita mortali functis, & in cœlo degentibus, diu etiam poſt mortem, ſæpe ſermonem inferunt, ſed de impiorum apud inferos pœnis nullús ſermo. Recentiores porrò literati animos unà cum corporibus, aut paulò poſt extingui docent, unde neque probis cœlum, nec improbis inferorum cruciatus aſſignant. Quibuſdam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

buſdam hoc nimis durum videtur; ideo aſſerunt ſolos proborum animos eſſe ſuperſtites, ex eo quod hominum animos dicant exercitio virtutũ roborari, & ita uniri, ut ætatem deinde ferant, quod cum improbi non poſſint, eorum mentes mox, ut è corporibus exierint, evaneſcere, & velut in fumum redigi.

Opinio tamen hoc tempore celebrior videtur mihi ex Idolorum ſecta deprompta, & quinque retrò ſeculis invecta. Ea aſſerit univerſitatem hanc ex una eademque conſtare ſubſtantia, illiuſque conditorem una cum cœlo ac terra, hominibus ac brutis, arboribus ac plantis, & quatuor denique elementis continuum corpus unum conflare, cujus magni corporis ſingulæ res ſingula ſunt membra. Ex hujus unitate ſubſtantiæ docent, quo amore inter ſe ſingula uniri deceat; & quemlibet ad Dei ſimilitudinem devenire poſſe ex eo, quod unum ſit cum eo. Has ineptias nos non ſolis rationibus, ſed & antiquorum ſuorum Sapientum teſtimoniis confutare contendimus, qui alia omnia tradiderunt.

Tametſi Literari, uti diximus, ſupremum unumque Numen agnoſcant, nullum tamen ei templum exſtruunt, & alium nullum locum deputant ad eum

vene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

venerandum, nullos etiam, quod con-
ſequens eſt, Sacerdotes aut Religionis
niniſtros habent, ſolemnes ritus nullos
b omnibus obſervandos, præcepta e-
iam nulla, quæ violare ſit nefas, ſed
neque ſacrorum Præfectus eſt ullus, cu-
us munus in explicanda evulgandaque
ege, plectendiſque iis, qui contra eam
peccaverint, conſiſtat. Ideo nihil illi
vel privatim vel publicè recitant aut ca-
nunt. Imo aſſerunt ſolum huic cœlo-
rum Regi ſacrificandi, ejuſque colendi
munus ad Regem ſpectare. Et ſi quis
hæc ſacrificia uſurparet, pro perduelli
& Regii muneris occupatore plectere-
tur. In hunc finem Rex duo habet
templa ſanè magnifica in utraque Re-
gia, Nanquinenſi & Pequinenſi. Cælo
dicatum eſt unum, terræ alterum. In
his olim ipſe per ſe litabat, nunc in ejus
locum Magiſtratus graviſſimi ſucceſsére,
cœloque & terræ boves & oves magno
numero mactant, alioſque multos ri-
tus exhibent. Spiritibus cæteris mon-
tium, fluminum, & quatuor regionum
hujus univerſi, ſoli litant Magiſtratus
primarii regnique Primores, nec priva-
to cuiquam hic cultus licet. Hujus le-
gis præcepta libro Tetrabiblio illo, &
quinque doctrinarum voluminibus
continentur, nec alii ſunt codices pro-
bati,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

bati, præter aliquot in eadem volumin
commentarios.

Nihil porrò in hac ſecta celebrius eſt
quodque latius inter omnes, ab ipſo ſci
licet Rege ad infimum quemque pertin
git, quàm juſta funebria, quibus quotā
nis parētibus parentatur, de quibus ſu
pra. In his obſervantiam ſuam ſtatuunt
mortuis ſcilicet obſequentes majoribus
ut ajunt, ac ſi eſſent ſuperſtites. Nec ta
men arbitrantur, appoſitis mortuos ve
ſci ferculis, aut iis etiam indigere, ſed i
genus officii ideo ſe exhibere aſſerunt
quod alia ratione nulla amorem in eo
ſuum ſibi teſtari poſſe videantur. Imo e
tiam aſſerunt non pauci, ritus hos fuiſſ
inſtitutos, magis in vivorum gratiam
quàm mortuorum; ut ſcilicet filii & a
lii rudiores doceantur, qua ratione vi
vis parentibus obſequendum, quos vi
derint etiam vita functos à graviſſim
& ſapientiſſimo quoque tot officiis ho
neſtari. Et quoniam in iis nullam Nu
minis partem agnoſcunt, nec ab iis qui
cquam aut petunt aut ſperant, id vide
tur ab omni ſacrilegi cultus ſcelere alie
num, & etiam fortaſſe ab omni ſuperſti
onis labe purum. Quanquam ſalutariu
omnino videtur, hæc in donandis elee
moſynæ nomine pauperibus ad fide
lium ſalutem, his qui Chriſti ſacr
ſuſceperint, commutare.

Pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Proprium Literatorum fanum eſt ipſius Confutii Philoſophorum Sinenſium Principis. Id ei per leges in qualibet urbe conſtruitur, eo in loco, quem ſuprà Literarium ludum vocari diximus. Id magno ſumptu conſurgit, & contiguum habet palatium ejus Magiſtratus, qui primum literarum gradum conſecutis præeſt. In celeberrimo fani loco ſtatua illius viſitur, aut ejus loco nomen cubitalibus literis aureis in peleganti tabula deſcriptum. Ad ejus latus ſtatuæ adſtant quorundam ejus diſcipulorum, quos Sinæ in Divos, ſed inferioris ordinis, retulêre. In hoc fanum novilunio ac plenilunio quolibet, conveniunt Magiſtratus omnes urbani, cum renunciatis Baccalaureis, Magiſtrum ſolitis inclinationibus, ac genuflexionibus, cereis etiam, ac ſuffitu veneraturi. Iidem natali ejus die quotannis recurrente, & aliis quibuſdam temporibus ex more deputatis, fercula illi offerunt magno apparatu, gratiam ſe habere proteſtati doctrinæ, quam in ejus libris repererunt, cujus maximè adminiculo doctrinæ gradus ipſi ſuos, & opimos in Rep. Magiſtratus conſequũtur. Nullas porrò ei preces recitant, nec ab eo quicquam petunt aut ſperant, ad eum modum quo de vita functis jam explicatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Alia quoque ejuſdem ſectæ fana vi
ſuntur tutelaribus ſpiritibus urbium
ſingularum, & tribunalis cuique Ma
giſtratui propria. In eo ſacramento ſe
ſolemni aſtringunt, ad jus faſque ſer
vandum, & officii ſui partes legitime
exequendum, id à quolibet Magiſtratu
fit, quum primũ dignitatem adit, quod
hîc ſigillum accipere vocamus. His e
tiam fercula offerunt, & odores incen
dunt; ſed non eodem, quo ſupra cultu
nam in his agnoſcunt perjuros plecten
di, proboſque remunerandi divinam
quandam ineſſe facultatem.

Hujus Literatorum ſectæ ſcopus, i
quem omnis ejus inſtitutio collimat, e
pax publica, & Reipublicæ quies. Oec
nomica etiam familiarum, & privat
ſingulorum ad virtutem compoſitio
Quem in finem accomodata ſanè præ
cepta tradunt, eaque omnia innato no
bis lumini, Chriſtianæque conſona ver
tati. Celebrantur ab iis quinque com
binationes, quibus omnis humanorum
officiorum diſciplina continetur. E
ſunt patris ac filii, mariti & uxoris, do
mini & clientis, fratrum inter ſe majo
rum ac minorum, ſociorum deniqu
aut æqualium. Has combinationes ip
ſoli ſe aſſecutos putant, & eas ab ex
ternis populis aut neſciri aut negligi a
bitrantur. Cæl

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Cælibatum damnant, polygamiam permittunt. Explicatiſſimum habent in ſuis libris alterum præceptum Charitatis; *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, &c. Mirum quàm altè evehant liberorum in parentes pietatem & obſervantiam, nec minus clientum in dominos fidem, & minorum erga majores venerationem. Porrò quia nihil eorum vetent aut jubeant explicat, quæ de altera vita ad ſalutem neceſſariò credenda ſunt, multi cum hac ſua ſecta reliquas duas miſcent, & magnam ſibi videntur aſſumpſiſſe religionem, ſi nullam reſpuerint falſitatem, tamen hanc illi ſectam eſſe negant, ſed Academiam quandam ad Reipublicum moderamen inſtitutam. Et ſane tantum abeſt, ut hujus Academiæ ſtatuta (ſublatis perpaucis) à Chriſti religione diſſideant, ut etiam ab eadem plurimum adjumenti capiat & perficiatur.

Altera Sinarum ſecta *Sciequia* vel *Omitofe* appellatur; apud Iapones verò *Siacca* & *Amidaba* nuncupatur. Characteres utriſque ſunt iidem. Eadem etiam *Sotoqui lex* ab Iaponibus dicitur. Lex hæc ad Sinas pervenit ab Occaſu, importata è regno cui *Tiencio*, vel *Scinto* nomen eſt, quæ regna hodie uno *Indoſtanis* nomine appellantur, intra flu-

mina Indum & Gangem ſita. Pervenit autem ſalutis humanæ anno quinto & ſexageſimo. Et ſcriptum reperio Regem ipſum Sinarum legatos miſiſſe, ſomnio inductum ut id faceret. Ex eo regno libros in Sinarum regnum attulêre legati, & interpretes adduxêre, à quibus deinde hi libri in Sinicũ ſermonem tranſlati ſunt: hujus enim ſectæ autores non advenerunt. ſiquidem ſuperſtites tum non fuerint. Ex quo cum conſtet, hoc dogma ab Sinis ad Iapones migraſſe non ſatis intelligo, quàm verè Iaponienſes hujus dogmatis ſectarii aſſerãt, eò ipſos Sciacca & Amidaba penetrâſſe, & è regno Siam originem habuiſſe, hoc enim regnum nullo tempore Sinis ignotum, manifeſtum fit ex ipſis hujus dogmatis ſectariorum libris longè ab eo diſtare, quod ipſi *Tiencio* vocant.

Ex his patet hoc dogma eo tempore ad Sinas penetrâſſe, quo Euangelium Apoſtolis præconibus mundo innoteſcebat; in India ſuperiore, quæ eſt illud ipſum Indoſtanis regnum, & alia contermina, cum D. Bartholomæus Apoſtolus legem Evangelicam evulgabat: Apoſtolus verò Thomas in India inferiore ad Auſtrum Euangelicos radios inferebat. Vnde videri poſſunt Sinæ Euangelicæ veritatis fama permotos, eam ab

Occa-

Occaſu expetiiſſe, ſed vel Legatorum errore, vel locorum ad quæ perveniebant malevolentia, pro veritate falſitatem importatam accepiſſe.

Auctores hujus dogmatis videri poſſunt noſtratium Philoſophorum nonnulla dogmata conſecuti. nam quatuor aſſerunt elementa, Sinæ autem ſatis inepte quinque adſtruunt; ignem, aquam, terram, metalla, & lignum, ex quibus hunc elementarem orbem, homines, bruta, plantas, & cætera mixta conſtare opinantur. Multiplices cum Democrito & aliis, mundos fabricant, ſed maxime animorum tranſmigrationem è Pythagoræ diſciplina videntur mutuati, aliaque permulta commenta huic addidêre ad fucum falſitatis. Hæc autem non ſolum à Philoſophis noſtris, ſed etiam ex Euangelica luce videntur umbram quandam accepiſſe. Certum enim Triadis modum inducit quo tres deos, in unum deinde Numen coaleſcere, fabulatur. Probis in cœlo præmia, improbis apud inferos cruciatus parat, pœnas de ſeipſo repetentis virtutem celebrat. Cælibatum ita extollit, ut nuptias repudiare videatur. Domo ac familiaribus valefaciunt, & in varia loca ſtipem emendicantes, peregrinantur. Magnam hujus ſectæ profani ritus cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Eccleſiaſticis noſtris affinitatem habent. Recitantium cantus à noſtro, quem Gregorianum vocamus, nihil dicas diſcrepare. In ſuis etiam fanis imagines exponunt. Eorum ſacrificuli veſtes induunt noſtris omnino ſimillimas, quas Eccleſiaſtico vocabulo *pluvialia* vocamus. Inter recitandum ſæpe nomen quoddam repetunt, quod etiam ipſi fatentur ignorare; illud *Tolome* ſonat. videntur fortaſſe ſectam ſuam Apoſtoli auctoritate voluiſſe cohoneſtare.

Sed hanc veritatis umbram teterrimæ mendaciorum nebulæ exſtinxerunt. Terram enim ac cœlum, præmiorum pœnarumque locum confuderunt, in neutro quippe animas æternitati addixêre, ſed eas poſt aliquot annorum ſpatia denuo renaſci jubent, in aliquo ex iis, quos plures ſtatuunt, terrarum orbe, iiſque tum præteritorum ſcelerum pœnitentiam indulgent, ſi ſe correxerint, & id genus alia, quibus hoc miſerum regnum mirè afflixerunt. Carnium uſum & reliquorum viventium à menſis removent, ſed pauci hanc ſibi abſtinentiam indicunt, & facile his cæteriſque peccatis reos abſolvunt, ſi ſe aliqua ſtipe donaverint, imo ſuis ſe recitationibus, quos voluerint ab inferorum tormentis eripere ſe poſſe promittunt.

Hanc ſectam legimus initio magno applauſu invehi cœptam, ex eo maximè quod animum immortalem & alterius vitæ præmia clarè proponerent. Sed, ut rectè Sinenſes ejus temporis Literati notant, quanto propius reliquis hæc ſecta ad veritatis ſpeciem accedit, tanto ſuis impoſturis fœdiorem luem ſine ſenſu evulgavit. Sed nihil æquè auctoritatem ejus ſectæ labefactavit, quam id quod ſæpe Literati Sectariis objiciunt, eum Regem & Principes, qui primi hæc dogmata complexi ſunt, morte violenta miſerabiliter periiſſe, cæteraque omnia in pejus ruiſſe, & pro bona fortuna, quam plenis buccis promittunt, in varia infortunia publicaſque calamitates incidiſſe. Ac his initiis ad hæc uſque tempora, vario velut ſæculorum æſtu hæc ſecta excrevit ac decrevit, ſed tamen librorum ſemper multitudine aucta eſt, ſive ii ab Occaſu recens adveniebant, ſive in ipſo Sinarum regno (quod vero ſimilius eſt) naſcebãtur, hoc fomite ſemper hoc incencendium vixit, nec unquam extingui potuit. Sed ex ipſa librorum varietate tantæ paulatim doctrinæ tricæ implexæ ſunt, ut eas ne ipſi quidem qui eam profitentur valeant extricare. Antiquitatis porrò veſtigia hodieque ſuperſunt, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

in fanorum multitudine, & pleraque ſumptuoſa, in quibus immania idolorum monſtra ærea, marmorea, lignea, luteáque viſuntur. His fanis contiguæ turres aſſurgunt, è lapide, vel latere, iiſque æra campana ingentia, aliaque magni pretii ornamenta, hodiéque conſervantur.

Hujus ſectæ ſacrificuli Oſciami appellantur, cæſariem ac barbam continuo radunt, contra receptum gentis morem, partim, ut dixi, peregrinantur, partim in montibus ac ſpeluncis aſperrimam vitam degunt, maxima verò pars eorum, qui ad duos treſve milliones, ut Arithmeticè loquar, accedunt, in fanorum cœnobiis degunt, aſſignatiſque jam olim proventibus & eleemoſynis ſuſtentantur, tametſi ſua quoque induſtria ſibi victum parent. Hi ſacrificuli & ſunt & habentur viliſſimi, ſimul ac totius regni vitioſiſſimi: omnes enim ex infima plebecula trahunt originem; nam à puero Oſciamis antiquioribus in ſervos venditi, diſcipuli è ſervis fiunt, & Magiſtris in officio beneficioque ſuccedunt, quam illi rationem ad ſeipſos propagandos invenerunt: vix enim ullus reperitur, qui ſua ſe voluntate, ſanctioris vitæ ſtudio ad impuriſſimos illos cœnobitas adjungat. Ex imperitia

peritia quoque & illiberali educatione Magiſtris ſimillimi, &, quæ naturæ ad malum pronitas eſt, in dies pejores evadunt. ita ipſi neque politiores ritus, aut literas aſſequuntur, niſi forte nonnulli, ſed ii perpauci, qui natura propenſiores in literas, nonnihil propria ſere induſtria conſequuntur. Vxoribus licet careant; in Venerem tamen adeo proni ſunt, ut à turpi mulierum conſuetudine non niſi graviſſimis pœnis arceri queant.

Oſciamorum cœnobia in varias ſtationes dividuntur, pro magnitudine ſingulorum. In ſingulis ſtationibus unus eſt illius adminiſtrator perpetuus, cui ſui diſcipuli, quos quiſque ſibi in ſervos coëmit, quot vult aut poteſt educare, hæreditario jure ſuccedunt. Superiorem in iis cœnobiis nullum agnoſcunt. In propria ſibique deſignata ſtatione, quiſque quot poteſt cellulas exſtruit, id quidem toto regno, ſed in aula maximè, eas deinde cellulas habitandas pretio quæſtuque magno locant advenis, qui ad ſua negotia conveniunt, unde fit, ut hæc cœnobia publica potius hoſpitia magno adventantium tumultu inquieta videantur, in quibus nihil minus quàm idolorum cultus procuratur, aut nefaria ſecta explicatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Horum conditio, quantumvis vilis & abjecta, non impedit, quo minus à multis ad exequias, alioſque ritus nonnullos, quibus animantia fera, volatilia vel terreſtria, vel etiam aquatica, libertate donantur, lucelli alicujus faciendi gratia, evocentur. Ea quidam religioſiores hujus dogmatis ſectarii viva coëmunt, ut ea denique in aërem, campos, & aquas, libera dimittant, arbitrati ea re ſe multum promereri. His porrò noſtris temporibus, non parum hæc ſecta revixit, cui templa multa inſtaurata vel erecta; ejus cultores ferè ſunt Eunuchi, fœminæ & rude vulgus, præ omnibus verò quidam, qui ſe religioſiores hujus dogmatis obſervatores profitentur, quos *Ciaicum*, hoc eſt jejunatores dixeris. nam domi ſuæ per univerſam vitam carne & piſcibus abſtinent, & idolorum turbam ſatis adhibitis precibus domi colunt, & ne uſquam lucri ſpes abſit, in aliorum ædes præmio ad recitandum invitati evocantur.

Ab hac cœnobiorum ratione fœminæ à viris ſeparatæ non excluduntur, eæ capillitium quoque radunt, & nuptias repudiant: has Sinæ ſua lingua *Nicu* appellant, ſed eæ etſi cum viris conferantur, multitudine longe ſuperantur.

Venio nunc ad tertium profanæ Religio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

gionis dogma, quod *Lauzu* appellatur. A Philoſopho quodam, qui eodem cum Confutio tempore floruit, originem traxit. Eum fingunt annis 80. in parentis alvo geſtatum, priuſquam naſceretur, qua ex cauſa *Lauzu*, id eſt, Philoſophus ſenex appellatur. Hic dogmatis ſui librum nullum reliquit, nec videtur novum dogma inſtituere voluiſſe, ſed eum extinctum, ſectarii quidam *Tauſu* vocant, ſectæ caput appellârunt, & varios libros è variis ſectis & commentis ſtylo pereleganti concinnârunt. Degunt hi in ſuis quoque cœnobiis cælibes, diſcipulorum emptores, æque abjecti, & improbi, ut ii, de quibus ſupra diximus. Capillum minimè radunt, & eundem inſtar laicorum nutriunt, hoc ſolo ab iis diſtincti, quod ad nodum, quo crinem in vertice colligunt, pileolum ligneum geſtant. Alii ſunt etiam qui conjugio illigati, domi ſuæ religioſiorum ſectæ obſervationem profitentur, ſtataſque ſibi preces aliiſque recitantes.

Aſſerunt iſti, ſe inter reliqua inanium deorum ſimulacra, cœli quoque Dominum venerari, ſed corporeum illum, & cui indigna multa contigiſſe, ipſi etiam in ſuis libris, delirant, quæ deliria narrarem, niſi eſſent ab inſtituto meo

aliena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

aliena, ſed tamen ex uno cætera licebit conjectare. Fabulantur cœli Regem, qui nunc regnat cognomine *Ciam* appellari, nam qui prius imperabat, *Leu* dicebatur. Hic die quadam in terras venerat ſuper candido Dracone obequitans. Eum Ciam, quem conjectorem fuiſſe dicunt, convivio excepit, interim verò dum Leu epulabatur, in candidum Draconem conſcendit, à quo in cœlum evectus cœleſte regnum occupavit, & reverti conantem Leu in perpetuum excluſit, ſed tamen à novo cœli Rege impetravit, ut monti cuidam in hoc regno præſideret, ubi eum vivere nunc aſſerunt antiqua exutum dignitate. Atque ita illi ipſi ſe regni alieni invaſorem ac tyrannum pro Deo venerari profitentur.

Præter hoc cœli Numen, triplex aliud effingunt, quorum unum ipſum Lauzu ſectæ caput faciunt: atque ita hæ duæ ſectæ ternarium deorum ſuo quæque modo ſibi fingunt, ut appareat ipſum falſitatis parentem, auctorem utriuſque, nondum ambitioſam de divina ſimilitudine cupiditatem depoſuiſſe. Hæc etiam ſecta de præmiorum ac pœnarum locis agit, ſed in loquendi modo diſcrepant non parum à ſuperioribus. Hi enim ſuis paradiſum ſpondent

ex anima ſimul & corpore conſtitutis, & in ſuis templis quorundam effigies exponunt, quos hac ratione in cœlum evolaſſe fabulantur. Ad eam rem conſequendam exercitationes quaſdam præſcribunt, poſitas in vario ſedendi ſitu, certiſque precationibus, imo etiam pharmacis, quibus ſpondent unà cum ſuorum divorum favore vitam poſſe ſectarios conſequi immortalem in cœlis, aut ut minimum vitam in mortali corpore longiorem. Ex quibus facile ſectæ vanitas, & delirantium improbitas colligitur.

Hujus ſectæ ſacrificulorum peculiare munus eſt, dæmones impiis præcationibus è domibus pellere. Idque duobus modis tentare ſolent; nam horrenda dæmoniorum monſtra in flava papyro atramento delineata, domorum parietibus affigenda tradunt, inde tam inconditis clamoribus domos complent, ut ipſa dæmonia eſſe videantur.

Aliud etiam ſibi munus arrogant, nam è ſicco cælo imbres elicere, aut nimios continere, alia quoque privata, & publica infortunia ſe poſſe promittunt. Et quidem ſi quod ſpondent re ipſa præſtarent, haberent qui ſe decipi ſinunt, quo culpam elevarent; ſed cum omnia impudentiſſimi impoſtores mentiantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tur, neſcio quid homines non ſtupid prætexere poſſint aut cauſari. Et ſane niſi quæ narrant, omnia uno menda cii nomine involvamus, videtur, ex ii aliquos magicæ artis præſtigias aſſe cutos.

In Regiis cœli ac terræ fanis hi ſa crificuli reſident, & regiis ſacrificii adſunt, ſive ea Rex ipſe per ſe, ſive pe nominatos Magiſtratus exequatur, qu re unâ non mediocrem auctoritaten adipiſcuntur. Horum ſacrificorum mu ſicos concentus ipſi ex omnibus inſtru mentis apud Sinas receptis concin nant, quæ ſi ſimul pulſentur, abſona Eu ropæis auribus videntur. Evocantu etiam ad exequias, ad quas pretioſis in duti veſtibus procedunt, tibias & alia muſica inſtrumenta pulſantes, novas e tiam ædes conſecraturi, & ſupplican tium pompam per vicos ducturi accer ſuntur. Has pompas communi viciniæ ſumptu vicorum capita certis tempori bus inſtituunt.

Hæc ſecta Prælatum agnoſcit, cui cognomen eſt *Ciam*, quam ille dignita tem hæreditario in poſteros jure à mil le jam annis ad hæc uſque tempora tranſmiſit. Et videtur hæc dignitas ori ginem traxiſſe à Mago quodam, qui in ſpelunca quadam Quiamſinenſis pro-

vinciæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

inciæ degebat, in qua hodieque illius Poſteri degunt, & artis ſuæ præſtigias, ſi vera ſunt quæ narrantur in liberos derivant. Hic eorum Antiſtes maximam partem Pequini degit, & à Rege colitur. Nam ab eo in intimum palatium penetralia conſecraturus admittitur, ſi forte ſuſpicio eſt, à malignis ea ſpiritibus infeſtari. Per urbem patente ſella geſtatur, & reliquum apparatum præfert, quem ſummi Magiſtratus ſolent, proventumque annuum ab Rege opimum accipit. Verum è quodam Neophyto noſtro accepi, horum temporum Prælatos ita imperitos eſſe, ut ne ſacrilega quidem ſua carmina, rituſque nôrint. Ejus porrò velut Præſulis facultas in plebem nulla eſt, ſed in ſolos Tauſus dogmatis miniſtellos, & in eorum cœnobia ſupremam exercet poteſtatem. Ex his porrò cœnobitis plerique, ut longioris vitæ præcepta conſectantur, ita Alchimiſticis conflationibus inſudant exemplo Sanctorum ſuorum, quos ipſi artis utriuſque præcepta tradidiſſe commemorant.

Atque hæc ſunt tria ferè Gentilicæ ſuperſtitionis capita. Sed neque in his humani generis vanitas conquieſcit, ſinguli enim fontes labentibus paulatim ſeculis, à fraudum Magiſtris in tot mæan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

mæandros derivati ſunt, ut ſub triplic
nomine trecentæ mihi ſectæ inter ſ
diſcrepantes numerari poſſe videantur
Sed & hæ quotidianis incrementis au-
gentur, & in pejus ruunt, corruptiori-
bus indies legibus, quibus inventores
malorum vivendi licentiam ſe laxare
profitentur.

Hujus familiæ, quæ nunc imperat
caput, Humvus lege lata ſanxit, uti tres
illæ leges ad regni auxilium conſerva-
rentur, quod fecit, ut ſectariorum o-
mnium animos ſibi conciliaret, ſed ea
tamen conditione, ut Literatorum dog-
ma Reipublicæ adminiſtrationem gere-
ret, ac cæteris præeſſet. Hinc fit, ut nul-
la ſectarum aliam extinguere medite-
tur. Reges quidem ſingulas ſectas co-
lunt, & eas adhibent ad res ſuas cum
opus eſt, ſingularum templa ſæpe inſtau-
rant, vetera & nova erigunt. Regiæ
verò uxores in idolorum ſectam ſunt o-
mnino propenſiores, & in eorum mini-
ſtros multas eleemoſynas conferunt,
integraque alunt cœnobia extra palatii
fines, ut eorum precibus adjuventur.

Vnum incredibile videri poteſt, ſi-
mulacrorum nempe in hoc regno mul-
titudo non in fanis ſolùm viſitur, quæ
ſæpe aliquot milia colenda exponunt,
ſed privatis etiam in ædibus ferè ſingu-
lis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

dis, loco jam gentis more ad eam rem deputato, in foro, in vicis, in navigiis, palatiiſque publicis, hæc una abominatio pene primo ſè ſpectandam offert. Et tamen omnino certum eſt perpaucos eſſe, qui portentoſis ſimulacrorum commentis fidem habeant, ſed hoc ſolum ſibi perſuadent, ut ſi nihil ex hoc externo idolorũ cultu boni accipiant, nihil ſibi tamen inde mali poſſe provenire.

Porrò his temporibus ſapientiſſimi cujuſque hæc eſt receptiſſima ſententia; tres has leges in unam coaleſcere, ac ſimul omnes obſervari poſſe ac debere. Quare non ipſi ſe minus quàm cæteros perturbatiſſimè in fraudem inducunt, arbitrati has de Religione quæſtiones eò utilitati publicæ utiliores, quò plures fuerint de ea loquendi modi. Et ad extremum alia omnia quàm quæ ſperaverant conſequuntur, dum enim tres illas leges ſe ſimul omnes obſervare poſſe confidunt, exleges eſſe reperiuntur, cum nullam ſyncere perſequantur; atque ita non pauci tandem ſuam ingenuè irreligionem agnoſcunt, & qui falſa credulitate ſeipſos fallunt, æque omnes maximam partem in errorum profundiſſimo Atheiſmo verſantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

De Indorum Religione ex Petro Texeira Luſitano, ſicut hæc in Latina Deſcriptione Indiæ leguntur.

INcolæ hujus regni, inquit Texeira, dividuntur in Mahumetanos & Gentiles: Sed horum duæ tertiæ partes ferè unius ſunt opinionis, licet fere omnes gentiles ſequantur ſectam & opinionem Pythagoræ. Credunt enim animarum immortalitatem, illasque aut præmium aut pœnam conſequi per transmigrationem in alia corpora. Aſſerunt enim quum quis moritur, ſecundum quod bene aut malè vixerit, in alterius animalis, aut boni aut mali corpus tranſire, atque inde aut meliorem aut pejorem conditionem nanciſci, idque in infinitum: (huic contradicit Belgarum annotatio:) Atque hæc cauſa eſt cur vaccas tantopere venerentur, & legiſlator illorum Ramak illas ipſis unicè commendaverit, quas tanquam numina colunt, quia ſunt animalia domeſtica, utilia & ſi bene tractentur (ſecundum ipſorum opinionem) ad bonas animas recipiendas comparata, præter hanc plures alias habent per abſurdas opiniones. Atque ex illa ſequitur, quod ſumma charitate utantur erga omnes animantes volatiles & terreſtres,

& neque illas occidant , neque comedant, quia animas credunt humanas in illas commigrâſſe; eouſque ut in civitate Canibevat, quam Luſitani vocant Cambayet & Cambayam publicum hoſpitium inſtituerint, in quo curant omnia animalia morbida, licet parum aut nihil curent homines, plurimumque expendunt in ſuperſtitioſa hæc deliria, quemadmodum me tum in India agente (*inquit Texeira*) in oppido Diu gentilis quidam Banean nuptias tauri & vaccæ tanta opulentia celebrarit, ut decem aut XII millia ducatorum in illas expenderet, ne dicam XXX millia, ut quidam affirmant, quia malo certa & vera ſcribere.

In regno Gazeratenſi varii ſunt ritus & ſectæ incolarum, & quod mirum, vix familiam invenias, in qua omnes congruant. alii comedunt carnem, alii nequaquam: alii comedunt quidem, ſed non mactant animalia: alii nonnulla tantum animalia comedunt: alii tantùm piſces; alii tantùm lac & herbas: plurimi etiam blito rubro, vulgari in illis partibus herba, abſtinent, quia ſanguinem continere credunt, quem ipſis fundere nefas. Non pauci quoque & conſervis, quia accharum albumine ovorum defæca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

tur. Horarum quoque & temporum obſervantiſſimi ſunt, adeo ut poſt ſolis occaſum cibum ſumere nefas putent. Denique longè ſuperſtitioſius, quàm ullæ aliæ nationes cæremonias ſuas diabolicas obſervant. Indigenæ Guzeratenſes ſeſe communi nomine Vaneax ferunt, Luſitani corruptè vocant Baneanes. Horum licet variæ & pene infinitæ ſint familiæ & ſectæ, tamen tres cenſentur principales, Ion Kah, Mexery & Baman: priores duæ in eo differunt, quod Mexery idola habeant, eáque venerentur, Ion Kah minimè, ſed unum Deum principium & finem omnium rerum agnoſcant & colant: cætera, connubia inter ſe jungere & cibum unà capere detrectant. Baman, quos Luſitani & alii vulgò vocant Bramenes, in templis ſacrifiant idolis, præſunt connubiis jungendis & ſimilibus: horum quidam ex eleemoſynis vivunt, neque tamen ipſis licet in ædibus Baneanum aut bibere aut cibum capere. Poſſident in meditullio regni Gazeratenſis peramplam civitatem Byſantagar, & plures pagos in ambitu illius, in quibus circiter trigeſies mille familiæ ipſorum numerantur, gens olim inops, ſed quæ hodie agricultura & animalia paſcendo rem familiarem ſupra fidem auxit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

auxit. Vnam uxorem ducunt, quanquam & binas habere ipſis liceat (quod non licet Baneanibus) ſed ſi uxor moriatur, ſecundam ducere non licet, cum viro mortuo, viduæ ad ſecundas nuptias tranſire integrum ſit: contrarium obſervant aliæ ſectæ. Nulli autem harum ſectarum animalia mactare aut ſanguinem fundere permittitur. Ita Texeira religionem Indorum deſcripſit, quibus abjungenda ea, quæ in deſciptione Indiæ leguntur ex Belgarum annotatione deſumta: Hendovvines, qui ab Aſmere ad arctum & verſus Muttan incolunt, itidem ſunt gentiles, ſed diverſis à cæteris inſtitutis: nam neque carne neque piſcibus abſtinent. Nudi preces ſuas concipiunt, & cibum capiunt circulo concluſi, quem aliis ingredi nefaſtum putant.

Gentiles qui Golcondæ regnum incolunt, religionem ſuam implicita fide hauriunt à ſacerdotibus ſuis, quos vocant Bramenes, qui nullam aliam rationem illius reddere poſſunt, quam ſe à multis ſeculis à ſuis majoribus illam accepiſſe. Credunt antiquitus quidem tantùm unum Deum fuiſſe, qui poſtea alios quoſdam ſemideos ſibi aſſumſerit è mortalibus, qui miraculis aut vitæ ſanctimonia inclaruerint: his templa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ſua ſive pagodes dicant,& prout cuique allibuerit, divinum cultum exhibent. Animarum quoque immortalitatem & transmigrationem in alia corpora credunt, unde & ſuperſtitioſè à mactatione omnium animantium abſtinent. Polygamia permiſſa quidem, ſed non ita uſitata, niſi ob conjugum infœcunditatem.

Ex deſcriptione Belgica Indiæ, autore Iohanne à Tvviſt, directore mercaturæ in Indiæ civitatibus nomine Belgicæ Societatis.

BRamenes ſacerdotes in magno habentur apud Indos honore & maximæ authoritatis inter omnes hominum gradus, neque Indi quicquam alicujus momenti ſuſcipiunt agendum antequam Bramenes conſulant. Quo ab aliis hominibus promtius dignoſcantur, dependent ab humeris eorum tres aut quatuor funiculi, quos nunquam deponunt, ſed mortem potius oppetunt, quandoquidem religione ad hoc alligantur. Nudi plerunque incedunt, niſi quod corpus medium cingunt linteo, quo dependente partes genitales teguntur: interdum tamen levi tuni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ca veſtiti more reliquorum Indorum incedunt. Caput quoque albo linteo tegunt, capillus nunquam eis reſecatur: aures annulis aureis plerique ornant. Scripturæ & ſupputationis periti valdè ſunt, acuto quoque ingenio: unde fit ut rudem plebeculam ineptis dogmatibus & opinionibus imbuant.

Numerantur ſectæ præcipui nominis octoginta tres, ſed præter has minus illuſtrium magna eſt multitudo, ita ut ſingulæ familiæ peculiarem ferè foveant religìonem. Cæterum inter omnes quatuor maximæ ſunt dignitatis & celeberrimæ, quæ appellantur, Ceuravvach, Samaraet, d'Goegy & Biſnou. Communis omnibus eſt abſtinentia ab animantium nece & carnis eſu, ex qua lege multæ aliæ ſuperſtitiones dependent. Sectæ autem Ceuravvaeh peculiaria dogmata hæc ſunt: 1. Creationem hujus Univerſitatis nullam fuiſſe, ſed omnes res propria virtute extitiſſe. 2. Fortunam faciunt Deam, neque alium agnoſcunt Deum, ſed præter illam venerantur unum divum ſeu ſanctum, nomine *Tiel Theneker*, à quo religionis ſuæ dogmata majores accepiſſe narrant. 3. Non infimæ ſuperſtitionis pars cenſetur, quod mane poſtquam è lecto ſurrexerunt, in templa ſe conferre

debeant antequam faciem aut manus laverint. 4. In ordinem ſacerdotum & monachorum aſſumuntur omnes, etiam ex vulgo, qui modo veſtes ſacerdotales induere atque regulis eorum vitam conformem agere volunt: neque fæminæ excluduntur à ſacerdotio, modò viceſimum annum ætas attigerit: ſed maſculi etiam octo ſeptemve annorum admittuntur. 5. Vxoratis viris ut etiam maritatis fæminis divortium facerere licitum eſt, ſi in religioſorum ordinem ſe conferre placuerit. 6. Iejunia & eleemoſynæ cenſentur ab iis præcipua bona opera, quibus Fortunæ gratiam ſibi conciliare poſſint. Faciunt autem Fortunam non tantùm felicitatis hujus vitæ Deam, ſed etiam illius potentiæ aſſcribunt animarum poſt mortem in aliorum brutorum corpora incluſionem, nimirum piorum animas in manſueta animalia, malorum in fera & crudelia & incarcerari volunt. 7. Menſis Auguſti multos dies feſtos habent, aliis jejunia obſervant, quibus peccata expiari credunt. Sunt inter illos (ut certâ experientiâ deprehenſum eſt) qui ad viginti, triginta, imò ad quadraginta dies jejunium tolerare queunt, quo tempore nullis cibis veſcuntur, ſed parum bibunt liquoris, cui ligni alicu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

us pulveriſati ſapore amaro paululum
dmixtum eſt,quod corpori alimentum
ualecunque præbet.

Sectæ verò *Samaraeth* dictæ præci-
uum dogma eſt,quod unus ſit Deus to-
ius Vniverſitatis monarcha , qui &
ondiderit & conſervet omnia , cujus
tiam providentiâ gubernatur homi-
num vita & fortuna : vocantque eum
ernaculâ linguâ *Parmiſeer*. Præter
hunc volunt tria minioris dignitatis
Numina , quibus & divinum præſtant
ultum & certa munia aſcribunt. Et-
nim primo quem *Brama* appellant , à
ſupremo Deo hoc munus aſſignatum
ſſe putant, ut animas in hæc vel iſta
corpora humana vel bruta proDei man-
dato compellat : Secundò , cui nomen
Buſſiuna , demandatum eſſe , ut homi-
nes voluntatem Dei edoceat atque ad
præcepta ejus (quæ quatuor deſcripta
libris aſſervantur) ſervanda hortetur :
præterea ut agris & arboribus fertili-
tatem indat , atque hominibus omnia
ad ſuſtentandam vitam neceſſaria ſup-
peditet. Tertius vocatur *Mais*,qui tam
hominum quam brutorum interficien-
dorum poteſtatem obtinere creditur.
Mortuo itaque homine, animam hujus
fabulantur ad ſecretarium ſupremi Dei
Premiſeer accedere ad rationem red-

dendam omnium eorum, quæ in vita egerit atque hæc diligenter annotata offerri Deo Premiſeer ad ſententiam ferendam, qui inſpectis illis jubeat animas haſce in hominum vel brutorum & quidem manſuetorum vel ferorum corpora pro tranſactæ vitæ ratione migrare, nimirum ut à peccatis omnique labe repurgentur, quemadmodum Pontificii de Purgatorio ſuo ſtatuunt. Atque hanc transmigrationem toties repeti arbitrantur, donec animæ illæ puræ ſint à vitiorum ſordibus. Tunc enim à ſummo Numine non amplius ablegari eas ſed in miniſtrorum ſeu Angelorum cœtum aſſumi docent. Diebus Feſtis liberalitate magna utuntur erga aves, quibus affatim cibum præbent, atque hoc in bonorum operum numerum reponunt. Hujus quoque diſciplinæ ſectatores ſunt illi, quos *Raſpoutas* vocant, homines ſine omni mortis & periculi metu, & imperterriti milites totius Indiæ.

Secta Biſnou & Goegy in levibus tantum à jamexplicatis ſectis differunt Biſnou ſectam amplexi, Deum vocant *Ramram*, atque hunc nullis uti miniſtris docent, quæ præcipua eſt diſcrepantia à ſectis reliquis: eidem quoque Deo uxorem tribuunt, cujus idolum non minus

minus ac Dei in templis ſuis venerantur Muſicâ, cantilenis, choreis &c. Secta Goegy hoc habet peculiare, quod cultoribus ſuis non permittit proprias habere domos neque templa exſtruere, ſed hominum converſationem vitare atque in deſertis & incultis locis vitam agere heremitarum modo laudat. Magna eſt ſanctitatis illorum opinio apud Indos, & ipſi quoque ſe ſolos in Dei favore & benevolentia agere exiſtimant, ideoque alios præ ſe comtemnunt: cinere non tantum corpus nudum ſed etiam capillum, qui illis nunquam tondetur, conſpurcant. multis ſectis Indorum hoc quoque commune eſt, ut uxores, defunctis maritis in ignem, quo maritorum cremantur corpora, ſe ipſas præcipitent. Ad quam crudelitatem ut fæminæ promtiores ſint, perſuadetur illis, quod uxores, qui id fecerint, poſt exceſſum ex hac vita, in alia perducantur loca, ubi multorum annorum ſpatio cum maritis ſuis conjunctæ maneant, & eadem vivendi ratione & voluptate fruantur, qua in hac vita.

Porrò ſectatores religionis Ceuravvaeh, quam primo loco explicavimus, ab omnibus aliis Indis magno habentur odio. Sacerdotes quoque aliarum ſectarum monent auditores ſuos ut illos

caveant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

caveant neque ulla cum eis conſuetudi-
ne utantur. Vnde fit, ut neque ex eo-
dem cum eis poculo bibere, cibumv-
capere, neque illorum ædes ingredi ur-
gente licet gravi imbre vel perſequent-
beſtia dignentur, vitam potius cum
morte commutaturi.

De Perſarum in India viven-tium Religione Ethnica.

QVi Perſiam hodie incolunt, Maho-metanam impietatem profitentur idque à multis ſeculis, cum eodem an-no quo Mahometes impiam exhalavi animam, nimirum triceſimo ſecundo ſupra ſexcenteſimum à Chriſto nato Othmannus Caliphæ Babylonii filius & Mahometi cognatione junctus, Perſicum regnum occupaverat, Rege ethnico aliquoties antea cæſo, atque ad eam neceſſitatem redacto ut naves in Gamrones & Ormuzii portu jacentes conſcenderit relictóque hoſti regno, in Indiam cum octo decim circiter milli-bus hominum, partim maſculorum, partim fæminarum navigaverit, quo poſtquã appulerunt, Rex Cambaya con-ceſſit ipſis liberas in omnibus regni ſui provinciis habitationes: Rex verò Per-ſiæ in gratiarum actionem Cambayen-ſi donavit omnes illas naves quibus ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

vecti fuerant; quandoquidem ad expellendos è Perſia Mahometanos nulla ſpes ſupererat. Ex illo tempore Perſæ hi diſperſi ſunt per omnia Indiæ loca, inprimis maritima, atque auctus eſt eorum in eximiã multitudinem numerus. Etſi autem tot jam ſecula, nimirum mille, apud Indos commorati ſint, tamen nullam ex omnibus Indorum ſectis ſuſceperũt, ſed ſuam avitam & vetuſtam religionem retinuerunt, ſingularem nimirum ethniciſmum. Vnum ſupremum, omnipræ ſentem & totius mundi gubernatorem Deum credunt, nullius indigentem auxilio: hunc ſeptem primariorum miniſtrorum ſeu inſpectorum opera in adminiſtratione hujus Vniverſi uti: primum ex hiſce vocant *Hamaſda*, cujus officium ſit, homines ad honeſtatem vitæ hortari & impellere: ſecundum *Bhaman* præeſſe omnibus brutis terreſtribus & aquatilibus: Tertium *Ardi-beſth* ignis curam agere & cavere ne exſtinguatur: quartum *Saryvvaer* in omnia metalla & mineralia poteſtatem habere, atque ideo peccatum eſſe cenſent, mineralia ſordibus commixta relinquere: quintum *Eſpander* de telluris atque agrorum conſervatione ſollicitum eſſe: ſextum *Aavvaerdath* maris atque aquarũ
mundi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

munditiei conſervandæ intentum eſſe
ſeptimum Ammadaeth arborum fru
ctuum, & herbarum calamitatem aver
tere: Atque hos ſeptem inſpectores in
nullum animal necis poteſtatem obti
nere ſed ſupremo Deo de adminiſtra
tione ſua rationem reddere teneri. Mi
noris poſt hos authoritatis miniſtro
viginti quinque conſtituunt, quibus ſin
gulis peculiaris inſpectio demandata
ſit.

Animas hominum credunt immor
tales, eaſque à corpore ſeparatas pe
miniſtrum Dei Saroch duci ad judice
dictos Meer-Reſus & Saros, ut actio
nes vitæ examinentur ad libram, ni
mirum in una lance poſitis bonis operi
bus, in altera malis: Si illa præponde
rent, animas ſupremo Deo aſſociari ub
perpetuis gaudiis fruantur (talibus, qua
lia in hac vita homines magni æſti
mant) ſin hæc, ſtatim à Diabolis, qui li
bræ adſtant, abripi in infernum, ubi ſæ
vo igne crucientur: Dari tamen ex in
ferno hoc liberationem. Etenim hun
mundum poſt mille annos interiturum
eſſe opinantur, aliumque novum crea
tum iri, quo tempore etiam animas ex
inferno emittendas eſſe fingunt atque
in novum hunc mundum deducendas
Templa exſtructa ab illis non ſunt, sed

domi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

domi ſuæ in conclavi aliquo ſacerdotes faciunt, ſacrum & divinum cultum peragunt: Ignem ſuper omnia venerantur; neque exſtingui patiuntur: hunc quippe Deo ſimillimam poſſidere naturam & proprietatem exiſtimant. Hæc de Indorum horum, qui Perſiæ originem debent, religione dixiſſe ſufficiant: Siamenſum religionem jam in prioribus propoſuimus.

De Religione Guineæ Incolarum, & vicinarum gentium in meridionali Africæ Latere.

HAſce ad regiones mari adjacentes Pontificii monachi & Ieſuitæ dudum penetrarunt, gentemque ad Chriſtianam fidem adducere conati ſunt: ſed & hic parum promoverunt. Neque tamen omnino nihil effectum eſt, cum ingenio hæ gentes ſatis valeant & quidam non leviter religionem Pontificiam deguſtaverint. Refert enim Belga aliquis in Itinerario ſuo, quod cum quodam ex hac gente (Negros vocant vocabulo Luſitanico omnes populos Guineæ, Angolæ, Congi) de religione Chriſtiana contulerit, atque hunc non tantum fundamenta capitum religionis citaſſe ex Evangeliis & epiſtolis ſacris, ſed etiam controverſias, quæ Pontificiis

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

cum aliis intercedunt, noviſſe. Cæte-
rùm de paucitate neophytorum ipſi
Luſitani conqueruntur, neque religioſi
Pontificiorum ad interiora regna pene-
trârunt. Propriam autem gentis reli-
gionem nemo, quod ſciam integrè de-
ſcripſit, ſed ſparſim in Navigationum
Deſcriptionibus quædam leguntur quæ
collecta hic adjungam. Etſi enim qui-
dam populos hoſce ſine ullo Dei cultu
vivere exiſtiment, alii eos ſolem atque
Lunam venerari putent, (quod de qui-
buſdam tantùm verum eſt) quidam
magis ſtultâ ignorantia arbores atque
animalia, ab iis coli ſcripſerint; tamen
illa, quæ annotata ſunt ab iis, qui mul-
tis annis cum hac gente converſati
ſunt, non aſſentiuntur de omnibus.

Primò gentes hæc pleræque Deos
quidem multos colunt, ſed unum ſu-
premum Numen agnoſcunt; nominant
autem *Fetiſſo*. Hunc non tantùm bo-
norum ſed etiam omnium malorum &
adverſorum caſuum cauſam eſſe opi-
nantur, ideoque ſacrificiis & multis
cæremoniis atque precibus placare ſtu-
dent.

Tonitrua & fulgur valdè extime-
ſcunt, atque hiſce præcipuè ad cæleſtis
Numinis exiſtentiam credendam mo-
ventur. Nam quod ad annuos fru-
ctuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ctuum è terra naſcentium proventus attinet, hoſce non Dei benignitati ſed terræ aſſcribendos eſſe exiſtimant. Cum Europæi illis amorem Dei erga homines & munificentiam prædicarent, indignabantur & murmurabant objicientes, Cur Deus, ſi ita bonus eſſet, ipſis quoque non largitus eſſet eas res, quibus videant Europæos abundare, pannum lineum, laneum, ferrum, vitrum, pelves, &c. (opinantur enim hæc ſine artificum opera reperiri in agris, ſicut ipſi nullas res parant, ſed à natura productas uſurpant) & cum ad hæc reſponſum eſſet, Deum etſi non conceſſiſſet illis talia, nequaquam tamen liberalitatem ſuam erga eos clauſiſſe: ſed pro hiſce alia illis largitum eſſe, nempe aurum, vinum è palma, milium, bananas, Injamas, & alios fructus; præterea gallinas, boves & oves: illi negabant à Deo hæc proficiſci, neque capiebant, quomodo à Dei benedictione dependerent. Namque ajebant, aurum quærimus magna induſtriâ & invenimus in terra: milii ſemina terræ mandamus, & deinde divite meſſe colligimus pro diversâ agrorum fertilitate: fructus præbent nobis arbores quas plantavimus, quarum aliquas Luſitani attulerunt: agni procreantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

ab ovibus continua ſobole, piſces mare largitur &c. Ita illorum ſenſus telluri infixi hærent, ut mentem ad ſuperiorem cauſam agnoſcendam non erigant. Deo & corpus & colorem (nigrum nimirum, quali ipſorum corpora ſunt & quem elegantem arbitrantur eſſe) attribuunt, quod cum multis Orientalibus populis commune habent: Spirituum enim naturam & incorporeæ ſubſtantiæ exiſtentiam ignorant.

Obſervant autem quoſdam ritus, ex quibus non ſine ratione colligere poſſis, quod vel Mahometani quidam huc penetrârint, vel illuſtrem & famoſam illam Iſraëlitarum navigationem ſub auſpicis Regis Salomonis ad hæc loca olim inſtitutã fuiſſe (quod etiam ex auri copia & eboris multitudine probatur, quæ duo in nulla Aſiæ vel Africæ regione reperiuntur, ſaltem non eâ copia) atque tunc Iudaicam religionem à populis littori vicinis ſuſceptam. Etenim & circumciſionem adhibent in infantibus, & ſeptimum quemque diem Divino cultui dicant, quo ab omni opere abſtinent, & conveniunt ad audiendam Sacerdotis concionem, quæ non tantùm ſermone ſed ſacrificiis & multis aliis ritibus peragitur. Septimus autem hic dies nec cum noſtro die Do-

minica

minica, nec cum Iudæorum ſabbatho, nec Turcarum die Veneris convenit: namque in Martis diem incidit.

Multi ex illis incantatores & necromantici eſſe dicuntur. Narratum mihi eſt à pluribus Belgis, qui hoc anno, quo hæc ſcripſi, ex Angola venerant, reginam Angolæ inconſulto Diabolo (cujus malitiam non ſatis nôrunt hi populi) nullum negotium ſuſcipere neque iter inſtituere. Ipſam enim magicæ artis peritiſſimam efficere, ut malus ſpiritus unum ex mancipiis ejus ſervis, nimirum occupet, qui mox abalienatis animi viribus furibundus diſcurrat, atque reginæ quærenti de eventu reſpondeat. Sunt verò populi Angolæ & vicini anthropophagi, atque hoſtium carnem (tam indigenarum quam Luſitanorum) avidiſſime vorant prius coctam vel aſſatam, cui uſui regina multos captivos ſecum circumducit errabunda: regni quippe pars maritima à Luſitanis ademta ei eſt atque cum hiſce internecinum bellum gerit non tam juſto prælio decertans quàm frequentibus invaſionibus & velitationibus.

Porrò etſi hi populi animæ ſuæ nullam habeant cognitionem neque de ejus immortalitate quicquam nôrint, tamen plerique ex tradita quaſi per manus à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

multis ſeculis doctrina credunt alium præter hanc terram locum, in quem defuncti proficiſcantur. Atque ideò quando aliquis mortuus eſt, varii generis ſuppellectilem atque cibos ei ſolent dare atque cum eo ſepelire: quia opinantur, quod in altera illa vita non ſecus ac in hac eis ſit opus futurum. Quod ſi etiam aliquo poſt ſepulturam tempore cognati quædam ex ædibus ſuis ablata eſſe deprehendant, non indignantur nec furibus aſſcribunt, ſed à defuncto cognato, qui eorum opus habuerit in altero illo mundo, ademta fuiſſe arbitrantur. Victimas quoque pro defuncto offerunt diis atque ſanguinem illarum in Deorum ſimulachra ſtillant, vel etiam illinunt. Multas alias inanes cæremonias & ritus quibus in precibus ſuis & ad placandos Deos utuntur, deditâ opera omitto.

De Americanarum gentium religione ſupra in genere egi, neque lubet amplius vanitates ethnicas explicare.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Quoniam ſequentes paginas Typographus vacuas fore vidit, ideo rogavit, ut quædam adjungerem. Itaque ex Leone Africano pauca excerpſi, quæ ſequuntur.

Priſcorum Afrorum fides atque religio.

FVerunt Africani illi antiqui idololatriæ dediti, quemadmodum & in hunc diem adhuc ſunt Perſæ, qui alii Solem, alii ignem ceu Deos colunt. Habuerunt jam dicti Africani magnifica atque ampliſſima templa, cùm in Solis, tum in ignis honorem exſtructa. In his noctes atque dies accenſus fovebatur ignis, accuratéque cavebatur, ne quid extingueretur, uti & apud Veſtales Romanas factitatum legimus: quæ omnia fuſius atque copioſius videre licebit apud Perſarum ac Africanorum Chronographos. Qui Numidiam & qui Libyam incolebant Africani, planetam quendam quiſque adorabat, cui & ſacrificia atque vota fiebant. Quidam ex illis quos antea Nigri vocabulo notavimus Guighimo, hoc eſt Cœli Dominum venerabantur, fuitque illis ſanior hæc mens, non à propheta quodam aut doctore, ſed quaſi divinitus

introducta. Inde Iudaicam tandem ſibi aſſumpſerunt legem, in qua & multis annis ſtetiſſe dicuntur. Poſtea & Chriſtianæ fidei aſſertores, in ea tempora Chriſtiani remanſerunt, quibus ſuborta Mahumetanorum ſuperſtitio eſt, quod evenit anno Hegiræ 208. Eo tempore quidam ex Mahumetis diſcipulis apud hos tanta facundia, tantaque linguæ fallacia habuêre conciones, uti infirmos adhuc animos in ſuam pertraxerint ſententiam, adeò ut omnia illa Nigritarum regna quæ Libyæ adjacent, Mahumetis ſibi fidem aſſumpſerint: vixque ulla illic reperiri poterit regio, quæ Chriſtianos in hunc uſque diem habeat. Qui tum aut Iudæi, aut Chriſtiani, aut Afri inveniebantur, ſtatim interfecti ſunt atque omnino deleti. Illi verò qui mari Oceano viciniores ſunt, idololatriæ cum primis incumbunt omnes. Maxima his fuit eſtque & in hunc uſque diem cum Luſitanis conſuetudo. Barbariæ incolæ in permultis annis idolorum cultores remanſerunt, verùm annis ante natum Mahumetem plus minus ducentis & quinquaginta, fidem Chriſtianam aſſumpſiſſe dicuntur: id eam ob cauſſam factum putant, quòd ea pars quæ Tunetum atque Tripolitanum continet regnum, olim du-

ces

tes habuit Apulienſes ac Siculos, Cæſariæ verò & Mauritaniæ tractus, Gothis paruiſſe creditur. Quo etiam tempore permulti Chriſtiani Gothorum furorem atque rabiem fugientes, dulcia liquerunt Italiæ arva, & ad ea loca tandem venerunt, quæ Carthagini viciniora ſunt: ubi poſtquam aliquandiu ſedes fixiſſent, ejus regionis dominium ſibi uſurpavêre. Qui tamen Barbariam inhabitabant Chriſtiani, nihil Romanæ eccleſiæ ritus curantes, illorum vivendi formam atque religionem ſequebantur, qui Arriani dicti erant: in horum numero fuit eximiæ ille pietatis atque eruditionis vir Divus Auguſtinus. Cùm ergo Arabes ad ſibi ſubigendam Barbariam veniſſent, Chriſtianos jam adjacentis regionis principes effectos invenerunt, quare & acriter utrinque, pugnatum, victoriam tamen tandem penes Arabes remanſiſſe dicunt. Arriani ergo rebus omnibus atque dominio deſtituti, partim Italiam, partim Hiſpaniam adierunt. Poſt Mahumetem mortuum annis circiter ducentis, tota ferè Barbaria Mahumetis fidem atque normam aſſumpſit. Poſtea verò frequentioribus inter hos diſſidiis obortis, Mahumetis fide neglecta, omnes ejus ſacerdotes atque regionis duces necavere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Quæ res mox ubi ad Pontifices deveniſſet, copioſo admodum exercitu in rebellantes Barbaros, id eſt, in eos qui à Bagadedæ Pontifice defecerant, atrociter animadverſum eſt Ex eo tempore jactum eſt Mahumeticæ legis pernicioſiſſimum fundamentum, remanſerunt tamen & in hunc uſque diem multæ inter eos hæreſes.

De Feſſanis idem Leo Africanus hæc habet.

REmanſerunt & apud Feſſanos certa veſtigia feſtivitatum à Chriſtianis olim inſtitutarum, ceremoniis utentes, quas nec ipſimet intelligunt. Pridie nativitatis dominicæ ferculo quodam veſcuntur, ex variis herbis compoſito: coquuntur & apud hos omnia ferè leguminum genera, quibus eadem nocte ceu delitiis veſcuntur. Primo anni die pueri nobilium & mercatorum domos larvata fabie adeunt, & cantiunculis quibuſdam fructus venari ſolent. Cùm apud Chriſtianos Baptiſtæ natalitia celebrantur, maximos ubique videas ignes multo ſtramine compoſitos. Vbi puero dentes adventare vident, convivium à parentibus paratur, itidem pueris, quod Latino vocabulo Dentillare vocant.

cant. Habent & alias conſuetudines & modos auguria ſumendi, quales Romæ atque in aliis Italiæ civitatibus obſervari vidi. Quod ad feſta attinet, quæ in lege Mahumetica præcipiuntur, ea fuſius in eo libello deſcripta reperies, quem de lege Mahumetica conſcripſimus.

Puerorum apud Feſſanos literas addiſcere volentium, ducentæ ferè numerantur ſcholæ, quarum quælibet formam aulæ habet ampliſſimæ. Circumcirca viſuntur certi gradus, quibus pueri ceu ſedilibus utuntur. Ludi magiſter legere ac ſcribere docet non ex libro, verùm è tabula quadam maxima. Quotidie ſententia una aut altera Alcorani exponitur: quo abſoluto, rurſum ab initio auſpicantur, idque toties reiteratur, donec memoriæ tenaciſſimè inſculptum hæreat, quod ad plurimum fit ſeptennio. Deinde gymnaſiarcha pueris orthographiæ partem aliquam prælegit, verùm ea ſicut & reliquæ grammaticæ partes, multò exactius in collegiis, quàm in hujuſmodi ſcholis trivialibus tractantur. Exiguum admodum præceptoribus numeratur ſtipendium, verùm quando pueri Alcorani partem aliquam attigerunt, ſolent ludi magiſtro munuſcula aliquot pro facultatum ratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

adferre. poſtquam verò puerorum quiſquam integrum ad unguem habet Alcoranum, pater condiſcipulos omnes magnifico excipit apparatu: in quo filius ſplendidè veſtitus pulcherrimo vehitur equo, quem unà cum veſtibus civitatis regiæ Præfectus mutuò dare tenetur. Reliqui ſcholaſtici eum comitantur pariter equites aduſque hoſpitium quod ingrediuntur, varias cantilenas in Dei laudem ac Machumetis canentes. Deinde convivium pueris paratur ſplendidiſſimum, cui quotquot ſunt patri affines, intereſſe ſolent: tum quiſque ludi magiſtrum aliquo munuſculo ſalutat, pater verò novis illum veſtibus ornat. Solent & pueri celebrare feſtum ipſo natali Machumetis, quo parentes mittere in ſcholam facem tenentur: deferunt ſinguli pueri ſingulas faces, quarum nonnullæ triginta libras pendent. Sunt autem faces elegantiſſimè confectæ, variiſque circumcirca cereis exornatæ fructibus, ipſoque diluculo incenſæ ad ſolis exortum ardent, interea ſuccentores aliquot Mahumetis referunt laudes, moxque exorto ſole finitur illius diei feſtivitas: ſoletque hic dies maximam ludimagiſtris adferre utilitatem. vendunt enim quod reliquum illis relinquitur ceræ centum aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

co plus interdum aureis. Pro ſcholæ locatione, nemo quicquam exolvit: nam ante aliquot luſtra in ſtudioſorum gratiam exſtructos intelleximus ludos literarios. Quicquid cereis ornatus gratia additur, ludimagiſter inter pueros & ſuccentores diſtribuit. Tam in publicis quàm trivialibus ſcholis duobus qualibet ſeptimana diebus feriatur, quibus nec docent, nec ſtudent.

Reperias & hic doctos quoſdam, qui ſe ſapientes philoſophoſque morales appellari volunt. Regulas nonnullas obſervant, quarum nec ipſe unquam meminit Mahumetes. Hi à nonnullis catholici, ab aliis hæretici habentur, maxima tamen vulgi pars illos ceu divos verentur, tametſi multa illicita velint, quæ lege Mahumetica ſunt interdicta, cujuſmodi eſt illud: Mahumetica lege vetitum, ne quis amores ſuos cantiunculis Muſicis exprimat, quod illi tamen fieri poſſe affirmant. Innumeræ in hac lege reperiuntur regulæ, quarum quælibet ſuos habet fautores atque protectores doctiſſimos. Secta hæc incepit pullulaſcere anno poſt Mahumetem octuageſimo, & qui primus eam introduxit Elheſenibnu Abilhaſen nominabatur, Baſra oppido oriundus, hic diſcipulos quos in ſuam ſententiam illexerat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

xerat, regulas aliquot edocuit, cæterum nihil omnino ſcriptum reliquit. Poſt hunc circiter annis centum fuit alius quidam inſignis à Bagadedo (El harit Ibnu Eſed appellabant) qui egregium diſcipulis ſuis ſcriptum reliquit. Poſtea quotquot illius reperri ſunt fautores, à pontificibus & legiſperitis damnati ſunt. Octuageſimo deinde anno cœpit eadem hæreſis repullulaſcere sub inſigni quodam viro, qui per multos ad ſe pertraxit, quibus publicè doctrinam ſuam prælegebat. Tandem cum omnibus ſuis à Pontifice ac Iuriſperitis morti damnatus eſt. quod ubi hæreſiarcha intellexit, ſubitò literis ad Pontificem datis, petiit ut cum Legiſperitis de ſua doctrina liceret diſputare, à quibus ſi vinceretur, æquiſſimo animo ſe mortem ſubire velle, ſin minus, non decere ut pro injuſta calumnia tam multi perirent innocui. Pontifex juſtam arbitratus petitionem, quicquid ſcriptum erat approbavit. Vbi ergo ad concertationem ventum fuit, juriſperitos omnes facillimè devicit. Quod ubi Pontifex animadvertiſſet, ſententiam ceu iniquè latam revocavit, & collegia & monaſteria permulta in ejus aſſeclarum uſum exſtrui juſſit. Remanſit poſt hunc ea hæreſis annis circiter centum, donec

Imp

Imperator Malicſacho, ſtirpis & origi-
ginis Turcicæ, ex Aſia majore huc ve-
niens, omnes ejus ſectæ aſſertores dele-
viſſet. Horum nonnulli ad Chairum,
reliqui in Arabiam confugerunt, qui vi-
ginti annos huc atque illuc diſperſi, do-
nec regnante Caſelo nepote Malicſachi,
Vidamus Elmulus ejus conſiliarius, vir
magni ingenii, ſectæ huic addictus, eam
reſtituit, erexit, atque ita confirmavit,
ut opera doctiſſimi cujuſdam Ebgazzu-
li, qui de ea re inſigne opus in ſeptem
diviſum partes conſcripſit, Legisperi-
tos cum hujus dogmatis aſſertoribus
reconciliaverit, ea tamen conditione,
ut Iuriſconſulti prophetæ Legis conſer-
vatores, hi verò ejus doctrinæ reforma-
tores appellarentur. Remanſit hæc in-
ter eos concordia, donec Bagaded à
Tartaris exciſa fuit, quod anno Hegiræ
ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto ac-
cidit: quo tempore adeò illorum creve-
rat numerus, ut totam ferè Aſiam at-
que Africam occuparent. Neque quen-
quam in eorum admittebant ordinem,
niſi literatiſſimus atque in omni diſci-
plinarum genere exercitatiſſimus eſſet,
quò & ſuam legem defendere, & ad-
verſariorum opiniones refellere poſſet:
nunc autem quantumvis rudem ac lite-
rarum ignarum admittunt, affirmantes
nulla

nulla hic opus eſſe eruditione nam Spiritus ſanctus (inquiunt) illis qui mundo ſunt corde, veritatis aperit cognitionem, multaſque in hanc ſententiam rationes adducunt, quamvis non admodum validas. Spretis igitur patrum ritibus, legiſque obſervationibus, nihil aliud quàm delicias voluptatesque ambiunt. crebrò convivantur, laſcivas proferunt cantiones. Interdum veſtes pro verſuũ quos cantillant ratione, aut pro ingenii corruptiſſimi depravatione dilacerant, ſe tum amore divino correptos mentientes: ego verò ciborum affluentia & crapula correptos potius dixerim. ſinguli enim tantum cibariorum abliguriunt, quantum tribus facilè ſufficere poſſe dicas. aut, quod veriſimilius apparet, hos clamores planctibus comitatos extollunt, quòd imberbium juvenum amore correpti ſint. Non nunquam enim contingit, ut ad nobilis cujuſdam viri nuptias accerſatur unus ex præcipuis cum univerſo diſcipulorum cœtu, qui convivium auſpicaturi orationes & cantiones divinas recitant: abſoluta verò cœna, qui majores natu ſunt veſtes ſaltaturi dilacerant: quod ſi inter choreas quenquam propter copioſorum potationem cadere contingat, mox ab uno diſcipulorum erigitur

tur, atque laſcivius plus ſatis deoſculatur. Vnde proverbium apud Feſſanos ortum: *Heremitarum convivium*; quo tunc uti ſolent, cùm diſcipulum aliquem ſui domini ſponſum eſſe intelligunt.

Inter has ſectas reperias nonnullos, qui diverſam non legem modò, verùm & fidem quoque habent, quare à nonnullis hæretici habentur. Sunt & nonnulli qui hominem per bona opera, per jejunia, & abſtinentiam, angelicam naturam adipiſci opinantur, quæ ita mentem expiare & ab omni crimine liberare volunt, ut peccare tametſi vellet, nullo modo poſſet: Verùm hanc fœlicitatem attingere non poſſe credunt, niſi prius per quinquaginta diſciplinarum gradus aſcenderint: & licet in peccatum inciderint, priuſquam quinquageſimum attingant gradum, id ſibi à Deo peccatum non imputari dicunt. Hi principio quidem ſtrictiſſimam agunt vitam, jejunio mirum in modum ſeſe macerant: deinde omni deliciarum ac voluptatum generi vacant. Habent quoque arctiſſimam vivendi normam à doctiſſimo quodam Eſſehravardo, à Sehravard Coraſaniæ civitate oriundo quatuor libris deſcriptam. Fuit & alius autor, dictus Ibnul Farid, hic omnem illorum fidem feſtivis verſibus deſcripſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

pſit, qui allegoriis referti nihil quàm amores tractare videntur: quam ob rem Elfarganus quidam, opus commentario explicavit, atque ex verſibus ſectæ canones perſtrinxit, & gradus per quos tranſeundum eſt, oſtendit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 40